que est expectatio mea nonne d
et substantia mea apud te est A
oīnibus iniquitatibus meis er
me: obprobriū insipiēti dedisti n
O bmutui et non aperui os m
quoniā tu fecisti: amoue a me p
gas tuas. A fortitudie man⁹ t
ego defeci in icrepatiōib⁹: propt
iniquitatē corripuisti hominē E
tabescere fecisti sicut araneā an
mā eius: veruntamenvane cōtu

batur om̃is homo. Exaudi ora=
tionẽ meã dñe. et dep̃cationẽ meã:
aurib⁹ percipe lachrymas meas.
Ne sileas quoniam aduena ego
sum apud te: ⁊ peregrin⁹ sicut om=
nes patres mei. Remitte mihi vt
refrigerer priusq̃ abeam: et am=
plius non ero. Psalmus.xxxix.

Expectans expectaui dñm: ⁊ intẽdit mihi. Et exaudiuit
preces meas: et eduxit me de lacu
miserie. ⁊ de luto fecis. Et statuit
supra petrã pedes meos: et direxit
gressus meos. Et immisit in os
meũ canticũ nouũ: carmen deo no
stro. Videbũt multi ⁊ timebunt:
et sperabunt in dño. Beatus vir
cuius est nomẽ dñi spes eius: ⁊ nõ
respexit in vanitates. et insanias

falsas. Multa fecisti tu dn̄e deus
meus mirabilia tua: ⁊ cogitatiō
bus tuis nō est qui similis sit tibi.
Annūciaui ⁊ locutus sum: mul
tiplicati sunt super numerū. Sa
crificiū ⁊ oblationē noluisti: aures
autē perfecisti mihi. Holocausti
et pro peccato non postulasti: tun
dixi/ecce venio In capite libri scri
ptum est de me vt facerē voluntat
tuā: deus meus volui. ⁊ legē tuam
in medio cordis mei. Annūciau
iusticiā tuam in ecclesia magna
ecce labia mea non prohibebo dn̄
tu scisti. Iusticiā tuam non ab
scondi in corde meo: veritatē tuā
salutare tuū dixi. Non abscond
misericordiā tuā ⁊ veritatē tuam
a consilio multo. Tu autē dn̄e n

longe facias miserationes tuas a
me: misericordia tua et ꝟitas tua
semꝑ susceperūt me. Q uoniā cir
cundederūt me mala quorū nō est
numerus: cōprehenderūt me iniq̄-
tates mee: et non potui vt viderē.
M ultiplicate sunt super capillos
capitis mei: et cor meū dereliquit
me. C ōplaceat tibi dn̄e vt eruas
me: dn̄e ad adiuuandū me respice
C onfundant̄ ⁊ reuereant̄ simul:
q̄ querūt aīam meā vt auferāt eā.
C ōuertant̄ retrorsū ⁊ reuereant̄
qui volūt mihi mala. F erāt cōfe-
stim cōfusionē suā: qui dicūt mihi
euge euge. E xultēt ⁊ letentur su-
per te oēs querētes te: ⁊ dicāt sem-
per magnificetur dn̄s qui diligūt
salutare tuū. E go aūt mendicus

sum ꝛ pauꝑ: dn̄s sollicitus est mei
Adiutoꝛ meus ꝛ pꝛotectoꝛ meus
tu es: deus meus ne tardaueris.
Gloꝛia patri. An̄. Ut non delin=
quam in lingua mea. Psalmus. xl.
BEatus q̄ intelligit super ege
num ꝛ pauperē: in die mala
liberabit eum dn̄s. Dn̄s conser=
uet eum et viuificet eum. et beatū
faciat eum in terra: et non tradat
eum in aīam inimicoꝝ ei⁹. Dn̄s
opem ferat illi super lectū doloꝛis
eius: vniuersum stratū eius versa
sti in infirmitate eius. Ego dix
dn̄e miserere mei. sana aīam meā
quia peccaui tibi. Inimici mei di
xerunt mala mihi: quādo moꝛiet
et peribit nomen eius. Et si ingre
diebaꝶ vt videret vana loquebaꝶ

cor eius congregauit iniq̃tatē sibi
Egrediebatur foras: ⁊ loquebat᷑
in idipsum. Aduersum me susur
rabāt oēs inimici mei: aduersum
me cogitabāt mala mihi Uerbū
iniquū cōstituerūt aduersum me:
nunq̇d qui dormit non adijciat vt
resurgat Etenī homo pacis mee
in quo speraui q̄ edebat panes me
os: magnificauit sup̱ me supplan
tationem. Tu autē dn̄e miserere
mei: ⁊ resuscita me ⁊ retribuā eis.
In hoc cognoui quoniā voluisti
me: quoniā non gaudebit inimic⁹
meus super me. Me autē propter
innocentiā suscepisti: ⁊ cōfirmasti
me in cōspectu tuo in eternū. Be=
nedictus dn̄s deus israel a seculo
et in seculū: fiat fiat. Psalm⁹. xlj.

Quemadmodū desiderat cer
uus ad fontes aquarū: ita
desiderat aīa mea ad te deus. Si
tiuit aīa mea ad deū fōtem viuū:
quando veniā ꝛ apparebo ante fa
ciem dei. Fuerūt mihi lachrime
mee panes die ac nocte: dum dicit
michi quotidie vbi est deus tuus.
Hec recordatꝰ sum ꝛ effudi in me
aīam meā: quoniā trāsibo in locū
tabernaculi admirabilis. vsqꝫ ad
domū dei. In voce exultatiōis et
cōfessiōis: sonus epulātis. Qua-
re tristis es anima mea: et quare
cōturbas me. Spera in deo: quo-
niam adhuc confitebor illi saluta
re vultus mei et deus meus. Ad
meipsum anima mea conturbata
est: ppterea memor ero tui de ter-

ra iordanis et hermonij a monte
modico. Abyssus abyssum inuo
cat: in voce catharactarū tuarū.
Om̄ia excelsa tua et fluctus tui:
super me transierūt. In die man
dauit dn̄s misericordiā suā: et no=
cte canticū eius Apud me oratio
deo vite mee: dicam deo susceptor
meus es. Quare oblilus es mei:
et quare contristatus incedo dum
affligit me inimicus. Dū cōfrin=
guntur ossa mea: exprobrauerūt
mihi qui tribulāt me inimici mei.
Dum dicunt michi per singulos
dies: vbi est de⁹ tuus? Quare tri=
stis es aia mea: ⁊ quare cōturbas
me? Spera in deo: qm̄ adhuc cōfi
tebor illi salutare vult⁹ mei ⁊ deus
meus. Gloria. añ. Sana dn̄e aiam

meā quia peccāui tibi. Psalmus.xlij.

Iudica me de⁹ ꝛ discerne cau
sam meā de gente non sctā:
ab hoiẽ iniquo ꝛ doloso erue me
Quia tu es deus fortitudo mea:
quare me repulisti ꝛ quare tristis
incedo. dum affligit me inimicus.
Emitte lucē tuā et veritatē tuā:
ipsa me deduxerūt ꝛ adduxerūt in
montē sanctū tuū ꝛ in tabernacu=
la tua. Et introibo ad altare dei:
ad deū qui letificat iuuētutē meā.
Cōfitebor tibi in cythara de⁹ de⁹
meus: quare tristis es aia mea et
quare cōturbas me. Spera i deo
qm̄ adhuc confitebor illi. salutare
vult⁹ mei ꝛ de⁹ meus. Psalm⁹.xliij

Deus aurib⁹ nostris audi=
uim⁹: patres nostri annun

ciauerũt nobis. Opus quod ope=
rattus es in diebus eorũ: et in die=
bus antiquis. Manus tua gẽtes
disꝑdidit. ⁊ plantasti eos: afflixisti
populos et expulisti eos. Nec enĩ
in gladio suo possiderunt terrã: et
brachiũ eorum non saluauit eos.
Sed dextera tua ⁊ brachiũ tuũ ⁊
illuminatio vultus tui: quoniã cõ
placuisti ĩ eis Tu es ipse rex meꝰ
et deus meus: qui mãdas salutes
iacob. In te ĩimicos nostros ven
tilabimus cornu: ⁊ in nomine tuo
spernemus insurgentes in nobis.
Non enim in arcu meo sperabo:
et gladius meus non saluabit me
Saluasti enim nos de affligenti
bus nos: ⁊ odientes nos cõfudisti.
In deo laudabimur tota die: et ĩ

nomine tuo cōfitebimur in seculū.
Nunc autē repulisti ꝛ confudisti
nos: ꝛ non egredieris deus in vir-
tutibꝰ nostris. Auertisti nos re-
trorsum post inimicos nostros: et
qui oderunt nos diripiebant sibi.
Dedisti nos tanq̄ oues escarū:
et in gentibꝰ dispsisti nos. Uendid-
isti populū tuū sine precio: ꝛ nō fuit
multitudo in cōmutationibꝰ eorꝫ.
Posuisti nos obprobriū vicinis
nostris: subsannationē ꝛ derisum
his q̄ in circuitu nostro sunt. Po-
suisti nos in similitudinē gentibꝰ
cōmotionē capitis ī populis. To-
ta die verecūdia mea cōtra me est:
et cōfusio faciei mee cooperuit me.
A voce exprobrantis et eloquen-
tis: a facie inimici ꝛ persequentis.

Hec omīa venerūt super nos nec obliti sumus te: et inique non egimus in testamēto tuo. Et non recessit retro cor nostrū: et declinasti semitas nostras a via tua Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: et cooperuit nos vmbra mortis. Si obliti sumus nomen dei nostri: et si expādimus manus nostras ad deum alienū. Nonne deus requiret ista: ipse enim nouit abscondita cordis. Quoniā propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis. Exurge quare obdormis domine: exurge et ne repellas in finē. Quare faciē tuā auertis: obliuiceris iopie nr̄e et tribulatiōis nr̄e. Qm̄ humiliata est i puluere aīa

nostra: conglutinatus est in terr
venter noster. Exurge domīe a
iuua nos: et redime nos. propt
nomen tuum. Psalmus. xli
ERuctauit cor meū verbū b
nū: dico ego opa mea reg
Lingua mea calamus scribe:
lociter scribentis. Speciosus f
ma pre filijs hoim: diffusa est g
tia in labijs tuis. propterea bn
xit te de⁹ in eternū. Accingere g
dio tuo super femur tuū: potēti
me. Specie tua et pulchritudi
tua: intēde prospere pcede & reg
Propter vitatē et mansuetud
et iusticiā: & deducet te mirabili
dextera tua. Sagitte tue acu
populi sub te cadēt in corda inin
corū regis. Sedes tua de⁹ in s

seculi: virga directionis virga re=
gni tui. Dilexisti iusticiã ⁊ odisti
iniquitatẽ: propterea vnxit te de⁹
deus tuus oleo leticie pre consorti
bus tuis. Mirra et gutta et casia
a vestimẽtis tuis: a domib⁹ ebur=
neis. ex quib⁹ delectauerũt te filie
regũ in honore tuo. Astitit regĩa
a dextris tuis: in vestitu deaurato
circundata varietate. Audi filia
et vide ⁊ inclina aurẽ tuã: ⁊ obliui
scere populũ tuum ⁊ domũ patris
tui. Et cõcupiscet rex decorẽ tuũ:
quoniam ipse est dñs deus tuus ⁊
adorabunt eũ. Et filie tyri in mu
neribus: vultũ tuũ deprecabũtur
om̃es diuites plebis. Om̃is glo=
ria ei⁹ filie regis ab intus: in fim=
brijs aureis circũamicta varieta=

tibus. Adducētur regi virgines
post eam: proxime eius afferētu
tibi. Afferentur in leticia ⁊ exul-
tatione: adducentur in templū re-
gis. Pro patribus tuis nati sun
tibi filij: constitues eos principes
sup omnē terrā. Meinores erun
nois tui dñe: in oi generatiōe ⁊ ge
neratione. Propterea populi cōf
tebunt tibi: in eternū ⁊ in sclm scl.
Gloria patri. Añ. Eructauit co
meum verbū bonum. Psalmus. xlv.
Deus noster refugiū ⁊ virtus:
adiutor in tribulatiōibus
que inuenerunt nos nimis. Pro-
pterea nō timebimus dū turbabit
terra: ⁊ transferētur mōtes in co
maris. Sonuerūt ⁊ turbate sunt
aque eoꝝ: cōturbati sunt montes

in fortitudie eius. Fluminis im=
petus letificat ciuitatē dei: sancti=
ficauit tabernaculū suū altissimꝰ
Deus in medio eius non cõmo=
uebitur: adiuuabit eam deus ma
ne diluculo. Cõturbate sunt gen=
tes et inclinata sunt regna: dedit
vocem suam mota est terra. Do
minus virtutum nobiscum: susce=
ptor noster deus iacob. Venite et
videte oꝑa domini: que posuit pro
digia super terram. Auferens
bella vsqꝫ ad finem terre: arcū con
teret et confringet arma. et scuta
comburet igni. Vacate et videte
quoniam ego sum deꝰ: exaltabor
in gentibus et exaltabor in terra.
Dñs virtutū nobiscū: susceptor
noster deus iacob. Psalmus.xlvj.

OMnes gentes plaudite ma-
nibꝰ: iubilate deo in voce ex-
ultatiōis. Quoniā dñs excelsus
terribilis: rex magnus sup omnē
terrā. Subiecit populos nobis: &
gentes sub pedibꝰ nostris. Elegit
nobis hereditatē suā: speciē iacob
quē dilexit. Ascēdit deus in iubi-
lo: ꝛ dñs ī voce tube. Psallite deo
nostro psallite: psallite regi nostro
psallite. Quoniā rex omīs terre
deus: psallite sapiēter. Regnabit
deus super gētes: deus sedet super
sedē sanctā suā. Principes popu-
loꝝ cōgregati sunt cum deo abra-
ham: quoniā dij fortes terre vehe-
menter eleuati sunt. Gloria patri
et filio ꝛ spiritui sctō. añ. Adiuto
in tribulationibus. Psalmus. xlvi

MAgnus dn̄s et laudabilis nimis: ī ciuitate dei nostri in monte sctō eius. Fundatur exultatiōe vniuerse terre mons syō: latera aq̄lonis ciuitas regis magni. Deus in domib⁹ eius cognoscetur: cū suscipiat eam. Quoniā ecce reges terre cōgregati sunt: cōuenerunt in vnū. Ipsi vidētes sic admirati sunt: cōturbati sunt cōmoti sunt tremor apprehēdit eos. Ibi dolores vt parturiētis: in spiritu vehemēti cōteres naues tharsis. Sicut audiuimus sic vidim⁹ in ciuitate dn̄i virtutū. in ciuitate dei nostri: deus fūdauit eā in eternum. Suscepimus deus misericordiā tuā: in medio tēpli tui. Secundum noīē tuū deus sic & laus

tua ī fines terre: iusticia plena est
dextera tua. Letetur mons syon
et exultent filie iude: propter iudi-
cia tua dn̄e. Circundate syō ꝛ cō-
plectimini eā: narrate in turribus
eius. Ponite corda vestra in vir-
tute eius. ꝛ distribuite domos ei⁹:
vt enarretis in progenie altera.
Quoniā hic est deus deus noster
in eternū ꝛ in seculū seculi: ipse re-
get nos in secula. Psalmus. xlviij.
Audite hec om̄es gētes: au
rib⁹ percipite om̄es qui ha
bitatis orbē. Quiq; terrigene et
filij hominū: simul in vnū diues et
pauper. Os meū loquetur sapiē-
tiam: ꝛ meditatio cordis mei pru-
dentiā. Inclinabo in parabola au-
rem meā: aperiā in psalterio ppo

sitionem meā. Cur timebo in die
mala: iniq̄tas calcanei mei circun
dabit me. Qui cōfidūt in virtute
sua: ⁊ in multitudīe diuitiaꝝ suaꝝ
gloriant̄. Frater nō redimit redi
met homo: nō dabit deo placatio=
nē suā. Et preciū redēptionis aīe
sue: ⁊ laborabit in eternū. et viuet
adhuc in finē. Nō videbit īteritū
cū viderit sapiētes moriētes simul
insipiēs ⁊ stult⁹ ꝑibūt Et reliquēt
alienis diuitias suas: ⁊ sepulchra
eoꝝ dom⁹ illoꝝ in eternū. Taber=
nacula eoꝝ in ꝓgenie ⁊ ꝓgenie: vo
cauer̄t noīa sua in terris suis Et
homo cū in honore esset nō intelle=
xit: cōparat⁹ est iumētis īsipiētib⁹.
et similis factus est illis. Hec via
illoꝝ scādalū ipsis: et postea in ore

suo cōplacebūt Sicut oues in in-
ferno positi sunt: mors depascet
eos. Et dñabuntur eorū iusti in
matutio: ꝛ auxiliū eoꝝ veterascet
in inferno a gloria eorū. Verum-
tamen deus redimet aīam meā de
manu inferi: cū acceperit me. Ne
timueris cum diues factus fuerit
homo: et cum multiplicata fuerit
gloria domus eius. Quoniā cū
interierit non sumet oīa: neqꝫ de-
scendet cū eo gloria eius. Quia
aīa eius in vita ipsius bñdicetur:
cōfitebit tibi cū bñfeceris ei. In-
troibit vsqꝫ in ꝓgenies patrū suoꝝ
et vsqꝫ in eternū non videbit lumē
Homo cum in honore esset nō in-
tellexit: cōparatus est iumētis in-
sipientibꝰ ꝛ similis factus est illis

Gloria patri. aň. Auribꝰ percipite qui habitatis orbem. Psalmus. xlix.

Deus deorꝝ dñs locutus est: et vocauit terrā. A solis ortu vsqꝫ ad occasum: ex syon species decoris eius. Deus manifeste veniet: deus noster ⁊ nō silebit. Ignis in conspectu eius exardescet: ⁊ in circuitu eius tēpestas valida. Aduocauit celū de sursum: et terrā discernere populū suum. Cōgregate illi sctōs eius: qui ordinant testamentū eius sup sacrificia. Et annūciabūt celi iusticiā eius: quoniā deus iudex est. Audi populus meus ⁊ loquar israel: ⁊ testificabor tibi deus deus tuus ego sum. Non in sacrificijs tuis arguā te: holocausta autē tua in

conspectu meo sunt semper. Non
accipiā de domo tua vitulos: neq3
de gregib⁹ tuis hircos. Quoniā
mee sunt oēs fere siluarū: iumē-
ta in montib⁹ ⁊ boues. Cognoui
oīa volatilia celi: et pulchritudo
agri mecū est. Si esuriero nō dicā
tibi: meus est eni orbis terre ⁊ ple-
nitudo eius. Nunquid mādoca-
bo carnes taurorū: aut sanguinē
hircoꝝ potabo. Immola deo sa-
crificiū laudis: et redde altissimo
vota tua. Et inuoca me in die tri-
bulatiōis: ⁊ eruā te et honorifica-
bis me. Peccatori aūt dixit deus
quare tu enarras iusticias meas
⁊ assumis testamentū meū per os
tuū. Tu vero odisti disciplinā: ⁊
piecisti sermones meos retrorsū.

Si videbas furē currebas cū eo:
et cū adulteris portionē tuā pone=
bas Os tuū abūdauit malicia: ⁊
ligua tua cōcinabat dolos Sedēs
aduersꝰ fratrē tuū loquebaris. et
aduersꝰ filiū matris tue ponebas
scādalū: hec fecisti ⁊ tacui. Existi=
masti iniq̄ ꝙ ero tui similis arguā
te ⁊ statuā cōtra faciē tuā Intelli
gite hec q̄ obliuiscimini deū: nequā=
do rapiat ⁊ nō sit q̄ eripiat Sacri
ficiū laudꝭ honorificabit me: ⁊ illic
iter quo ostēdā illi salutare dei. p̄.l.

Miserere mei deꝰ: scd̄m ma=
gnā miaꝫ tuā Et scd̄z mul
titudinē miserationū tuaꝝ: dele i
q̄tatē meā. Amplius laua me ab
iniq̄tate mea: et a pctō meo mūda
me Qm̄ iiq̄tatē meā ego cognosco

et peccatũ meũ cõtra me est semp.
Tibi soli peccaui et malũ corã te
feci: vt iustificeris in sermonibus
tuis et vincas cũ iudicaris. Ecce
enĩ in iniquitatib⁹ cõceptus sum:
et in pctis concepit me mater mea
Ecce enĩ veritatẽ dilexisti: incer-
ta ⁊ occulta sapiẽtie tue manifesta
sti mihi Asperges me ysopo ⁊ mun
dabor: lauabis me ⁊ super niuem
dealbabor. Auditui meo dabis
gaudiũ et leticiã: ⁊ exultabũt ossa
humiliata Auerte faciẽ tuã a pec
catis meis: et oẽs iniqtates meas
dele. Cor mundũ crea in me de⁹:
et spiritũ rectũ innoua in viscerib⁹
meis. Ne piicias me a facie tua:
et spiritũ sanctũ tuũ ne auferas a
me. Redde mihi leticiã salutaris

tui: ꝛ spiritu pꝛīcipali cōfirma me
Docebo iīiquos vias tuas: ꝛ im-
pij ad te cōuertentur. Libera me
de sanguinib⁹ de⁹ de⁹ salutis mee:
et exultabit lingua mea iusticiam
tuam. Dn̄e labia mea aperies: ꝛ
os meū annunciabit laudē tuam.
Quoniā si voluisses sacrificium
dedissem vtiqꝫ: holocaustis nō dele
ctaberis. Sacrificiū deo spiritus
cōtribulatus: coꝛ cōtritū et humi-
liatū deus nō despicies. Benigne
fac dn̄e in bona volūtate tua syon:
et edificent̄ muri hierusalē. Tūc
acceptabis sacrificiū iusticie obla
tiones ꝛ holocausta: tunc imponēt
sup altare tuū vitulos. Psalm⁹. lj.
Quid gloꝛiaris in malicia: q̄
potens es in iniq̄tate. To

ta die iniusticiā cogitauit lingu
tua: sicut nouacula acuta fecist
dolū. Dilexisti maliciā sup beni-
gnitatē: iniquitatē magis q̄ loqu
equitatē. Dilexisti omnia verba
p̄cipitatiōis: lingua dolosa. Pro
pterea deus destruet te i finē: euel-
let te ⁊ emigrabit te de tabernacu-
lo tuo. ⁊ radicē tuā de terra viuen-
tiū. Videbūt iusti ⁊ timebūt. ⁊ su
per eum ridebūt ⁊ dicēt: ecce homo
qui nō posuit deū adiutorē suum.
Sed sperauit in multitudie diui-
tiaꝝ suaꝝ: ⁊ preualuit in vanitat
sua. Ego aūt sicut oliua fructif
ra in domo dei: speraui in miseri-
cordia dei in eternū ⁊ in sclm secul
Cōfitebor tibi in seculū quia fec
sti: et expectabo nomē tuum. quo-

niam bonũ est in cõspectu sctõrum tuorũ. Gloria. an. Deus deor dñs locutus est. ¶ Feria.iiij. Psalm⁹.lij.

Dixit insipiens in corde suo non est de⁹ Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in iniquitatib⁹: nõ est qui faciat bonũ. Deus de celo prospexit sup filios hominũ: vt videat si est intelligẽs aut requirẽs deũ. Omnes declinauerũt simul inutiles facti sunt: nõ est qui faciat bonum. non est vsq ad vnum. Nonne scient omnes qui operantur iniqtatẽ: qui deuorant plebem meam vt cibũ panis. Deum non inuocauerũt: illic trepidauerunt timore vbi non fuit timor. Quoniam deus dissipauit ossa eorũ qui hominibus placent:

confusi sunt quoniã deus sprevit
eos Quis dabit ex syon salutare
israel: cũ cõverterit deus captivi-
tatem plebis sue exultabit iacob ꝛ
letabitur israel. Psalmus. liij.
DEus in nomie tuo salvum
me fac: ꝛ in virtute tua iu-
dica me. Deus exaudi orationẽ
meã: auribꝰ pcipe verba oris mei.
Quoniã alieni insurrexerũt ad-
versum me. ꝛ fortes quesierũt ani
mam meã: ꝛ non proposuerũt deũ
ante cõspectũ suũ. Ecce eni deus
adiuvat me: ꝛ dominus susceptor
est aie mee. Averte mala inimi-
cis meis: in veritate tua disperde
illos Volũtarie sacrificabo tibi:
et confitebor nomini tuo dñe quo-
niã bonũ est. Quoniã ex omi tri-

bulatione eripuisti me: ⁊ super ini
inicos meos despexit oculus meꝰ.
Gloria patri. Psalmus.liiij.

Exaudi deus orationē meā:
et ne despexeris deprecatio-
nem meā: intēde mihi ⁊ exaudi me
Cōtristatus sum in exercitatiōe
mea ⁊ cōturbatus sum: a voce ini-
mici ⁊ a tribulatiōe pctōris Quo
niā declinauerūt in me iniqtates:
et in ira molesti erant mihi. Cor
meū cōturbatū est in me: et formi-
do mortis cecidit sup me. Timor
et tremor venerūt super me: ⁊ cōte-
xerunt me tenebre. Et dixi. quis
dabit mihi pennas sicut cōlūbe: et
volabo ⁊ requiescā. Ecce elōgaui
fugiēs: et mansi in solitudie. Ex-
pectabam eum qui saluū me fecit

a pusillanimitate spiritus et tēpe=
state. Precipita dn̄e et diuide lin=
guas eorū: quoniā vidi iniquitatē
et contradictionē in ciuitate Die
ac nocte circundabit eam sup mu=
ros eius iniquitas: ⁊ labor in me=
dio eius ⁊ iniusticia Et non defe=
cit de plateis eius: vsura et dolus.
Quoniā si inimicus meus male
dixisset mihi: sustinuissem vtiqꝫ.
Et si is qui oderat me super me
magna locutus fuisset: abscōdissē
me forsitan ab eo Tu vero homo
vnanimis: dux meꝰ ⁊ notus meus
Qui simul mecum dulces capie=
bas cibos: in domo dei ambulaui
mus cum cōsensu. Ueniat mors
super illos: ⁊ descēdant in infernū
viuētes. Qm̄ neq̄cie in habitacu=

lis eoꝝ: in medio eoꝝ. Ego autē ad dominū clamaui: ꝫ dn̄s saluauit me. Vespere et mane et meridie narrabo ꝫ annūciabo: ꝫ exaudiet vocem meā. Redimet in pace aīam meā ab hijs q̄ appropiquāt mihi: quoniā inter multos erant mecū. Exaudiet de⁹: ꝫ humiliabit illos q̄ est āte scl'a. Nō eni est illis commutatio ꝫ nō timuerunt deū: extendit manū suā in retribuēdo. Cōtaminauerūt testamētū eius diuisi sunt ab ira vult⁹ ei⁹: ꝫ appropinquauit coꝛ illi⁹. Molliti sūt sermones eius super oleū: ꝫ ipsi sunt iacula. Iacta super dominū curam tuam. et ipse te enutriet: non dabit in eternū fluctuationem iusto. Tu u vero deus deduces eos:

in puteū interitus. Uiri sangui-
num et dolosi nō dimidiabūt dies
suos: ego autem sperabo in te dñe
Gloria patri. Añ. Auertet dñs ca-
ptiuitatem plebis sue. Psalmus. lv.

Miserere mei deus. quoniā
cōculcauit me homo: tota
die ipugnans tribulauit me. Cō-
culcauerūt me inimici mei tota die:
quoniā multi bellātes aduersum
me. Ab altitudie diei timebo: ego
vero in te sperabo. In deo lauda-
bo sermones meos: in deo sperau
non timebo quid faciat mihi caro.
Tota die verba mea execrabant
aduersum me om̄es cogitationes
eorū in malū. Inhabitabūt et ab-
scondent: ipsi calcaneū meū obser-
uabunt. Sicut sustinuerūt aiam

meã ꝓ nihilo saluos facies illos. ĩ
ira populos cõfringes. Deus vi-
tam meã annũciaui tibi: posuisti
lachrymas meas in cõspectu tuo.
Sicut ⁊ in ꝓmissiõe tua: tunc cõ-
uertentur inimici mei retrorsum.
In quacunqꝫ die inuocauero te:
ecce cognoui quoniã deus meꝰ es.
In deo laudabo verbũ. ĩ dño lau
dabo sermonẽ: in deo speraui. non
timebo qḋ faciat mihi homo. In-
me sunt deus vota tua: que reddã
laudatiões tibi. Quoniã eripui-
sti animã meam de morte. ⁊ pedes
meos de lapsu: vt placeã corã deo
in lumie viuentiũ. Psalmus. lvi.

Miserere mei deus miserere
mei: quoniam in te cõfidit
aia mea. Et in vmbra alaꝝ tuaꝝ

sperabo: donec transeat iniqtas.
Clamabo ad deū altissimū: deū
qui benefecit mihi. Misit de celo⁊
liberauit me: dedit in opprobrium
cōculcantes me. Misit deus mise
ricordiā suā et veritatē suā: et eri-
puit aiam meā de medio catulo⁊
leonū dormiui cōturbatus. Filii
hominū dētes eo⁊ arma ⁊ sagitte
et lingua eorum gladius acutus.
Exaltate super celos deus: et in
omnē terrā gloria tua. Laqueū
parauerūt pedib⁹ meis: ⁊ incurua
uerunt aiam meā. Foderūt ant
faciem meā foueā: ⁊ inciderunt i
eam. Paratum cor meum deus
paratū cor meum: cantabo ⁊ psal
mū dicam. Exurge gloria mea
exurge psalteriū et cythara: exur

gam diluculo. Confitebor tibi in
populis dñe: et psalmũ dicam tibi
in gentibus. Qm̃ magnificata
est vsq; ad celos misericordia tua:
et vsq; ad nubes veritas tua. Ex=
altare super celos deus: et sup om
nem terrã gloria tua. Gloria pa=
tri. Sicut erat. Añ. Quoniã in te
confidit anima mea. Psalmus.lviij.

SI vere vtiq; iusticiam loqui
mini: recte iudicate filij ho=
minũ. Etenim in corde iniq̃tates
operamini in terra: ĩiusticias man⁹
vestre cõcinnãt Alienati sũt pctõ=
res a vulua: errauerũt ab vtero.
Locuti sunt falsa Furor illis scdm
similitudinẽ serpẽtis sicut aspidis
surde et obturantis aures suas.
Que nõ exaudiet vocẽ incãtãtiũ:

et venefici incantantis sapienter
Deus conteret dentes eoꝝ in oꝛ
ipsoꝝ: molas leonū cōfringet dñs
Ad nihilū deuenient tanꝙ aqua
decurrēs: intendit arcū suū done
infirmētur. Sicut cera que flui
auferētur: supercecidit ignis et nō
viderūt solem. Priusꝙ intellige-
rēt spine vestre ramnū: sicut viuen
tes sic in ira absoꝛbet eos. Leta-
bitur iustus cum viderit vindictā
manus suas lauabit in sanguin
pctōꝛis. Et dicet homo si vtiqꝫ e
fructus iusto: vtiqꝫ est deus iudi
cans eos in terra. Psalmus. lvii

Eripe me de inimicis mei
deus meus: ⁊ ab insurgēti
bus in me libera me Eripe me d
operantibus iniquitatē: ⁊ de viri

sanguinum salua me. Quia ecce ce
perūt animā meā : irruerūt in me
fortes. Neq3 iniquitas mea neq3
peccatū meū dn̄e: sine iniq̇tate cu=
curri ⁊ direxi. Exurge in occursū
meū ⁊ vide : Et tu dn̄e deus virtutū
deus israel. Intende ad visitan=
das om̄es gentes: non miserearis
om̄ib⁹ qui operantur iniquitatem
Cōuertentur ad vesperā et famē
patientur vt canes: ⁊ circuibūt ci=
uitatē. Ecce loquētur in ore suo ⁊
gladius in labijs eorū: quoniā q̇s
audiuit. Et tu dn̄e deridebis eos
ad nihilū deduces omnes gentes.
Fortitudinē meā ad te custodiā:
quia deus susceptor meus. deus
me⁹ misericordia eius preueniet
me. Deus ostendit mihi sup ini=

micos meos ne occidas eos: ne-
quando obliuiscātur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: et
depone eos ꝓtector meus domie.
Delictū oris eorꝝ sermonē labio-
rum ipsorū: ⁊ cōprehendant in su-
perbia sua. Et de execratiōe ⁊ mē
dacio: annūciabūtur in cōsumma
tione. In ira cōsummatiōis ⁊ nō
erunt: et sciēt quia deus dn̄abitur
iacob ⁊ finiū terre. Cōuertentur
ad vesperā ⁊ famē patientur vt ca
nes: et circuibunt ciuitatē. Ipsi
dispergentur ad manducandū: si
vero non fuerint saturati et mur-
murabunt. Ego autem cantabo
fortitudinē tuam: ⁊ exaltabo ma-
ne misericordiā tuam. Quia fa-
ctus es susceptor meus et refugiū

meū: in die tribulatiōis mee. Ad
iutor meus tibi psallā : quia deus
susceptor meus es deus meus mi-
sericordia mea. Gloria. Sicut. aū.
Iuste iudicate filij hoim Psalmus.lix.

DEus repulisti nos et destru
xisti nos: iratus es et miser
tus es nobis. Cōmouisti terrā et
cōturbasti eam : sana cōtritiones
eius quia cōmota est. Ostendisti
populo tuo dura: potasti nos vino
cōpunctionis. Dedisti metuenti-
bus te significationem : vt fugiāt
a facie arcus. Ut liberentur dile
cti tui: saluū fac dextera tua et ex=
audi me. Deus locutus est in san=
cto suo : letabor et partibor sicci-
mam et conuallem tabernaculorū
metibor. Meus est galaad et meus

est manasses: et effraim fortitudo
capitis mei. Iuda rex meus: mo-
ab olla spei mee. In idumeā exté-
dam calciamentū meū: mihi alie-
nigene subditi sunt. Quis dedu-
cet me in ciuitatē munitā: quis de-
ducet me vsq; in idumeā. Nonne
tu de⁹ qui repulisti nos: & nō egre-
dieris deus in virtutibus nostris.
Da nobis auxiliū de tribulatiōe:
et vana salus hominis. In deo
faciemus virtutē: et ipse ad nihilū
deducet tribulātes nos. Psalm⁹ l...
Exaudi deus deprecationem
meā: intende orationi mee.
A finib⁹ terre ad te clamaui dum
anxiaretur cor meū: in petra exal-
tasti me. Deduxisti me quia fa-
ctus es spes mea: turris fortitudi-

nis a facie inimici. Inhabitabo
in tabernaculo tuo in secula: pro-
tegar in velamẽto alarũ tuarum.
Quoniã tu deus meus exaudisti
orationẽ meã: dedisti hereditatẽ ti
mentib⁹ nomen tuũ. Dies super
dies regis adijcies: annos ei⁹ vsq
in diẽ generatiõis et generatiõis.
Permanet in eternũ in conspectu
dei: misericordiã ⁊ veritatem eius
quis requiret Sic psalmũ dicam
nomini tuo in sclꝫ seculi: vt reddã
vota mea de die in diem. Gloria
patri ⁊ filio. Añ. Da nobis domine
auxiliũ de tribulatione. Psalmus.lxi.
Nonne deo subiecta erit aĩa
mea: ab ipso enim salutare
meũ. Nam et ipse deus meus et
salutaris meus: susceptor meus

nõ mouebor amplius. Quouſq
irruitis in hominẽ: iterficitis vni
uerſi vos tanq̃ parieti inclinato
macerie depulſe. Ueruntamẽ pr
cium meũ cogitauerũt repellere
cucurri in ſiti ore ſuo benedicebã
et corde ſuo maledicebant. Ue
runtamẽ deo ſubiecta eſto anim
mea: quoniã ab ipſo patiẽtia me
Quia ipſe deus meus ⁊ ſaluato
meus: adiutor meus non emigr
bo. In deo ſalutare meũ ⁊ glori
mea: deus auxilij mei et ſpes me
in deo eſt. Sperate in eo oĩs co
gregatio populi: effundite coram
illo corda veſtra. deus adiutor no
ſter in eternũ. Ueruutamen va
filij hominũ mendaces filij hom
num in ſtateris: vt decipiãt ipſi d

vanitate in idipsum. Nolite spe=
rare in iniquitate: ⁊ rapinas noli=
te concupiscere: diuitie si affluant
nolite coꝛ apponere. Semel locu=
tus est deus duo hec audiui: quia
potestas dei est. et tibi domine mi=
sericoꝛdia quia tu reddes vnicuiqꝫ
iuxta opera sua. Psalmus.lxij.

Deus deus meus: ad te de
luce vigilo. Sitiuit in te
aĩa mea: q̃ multipliciter tibi caro
mea. In terra deserta inuia ⁊ in=
aquosa: sic in sancto apparui tibi.
vt viderẽ virtutẽ tuam ⁊ gloꝛiam
tuã. Q̃m melioꝛ est misericoꝛdia
tua super vitas: labia mea lauda=
bũt te. Sic bñdicã te ĩ vita mea: ⁊
ĩ noĩe tuo lauabo man⁹ meas Si
cut adipe et pinguedĩe repleat̃ aĩa

mea: ⁊ labijs exultationis lauda
bit os meū. Sic memor fui tui su
per stratū meū: in matutinis me
ditabor in te. q̇a fuisti adiutor me
us. Et in velamēto alaꝝ tuaꝝ ex
ultabo: adhesit anima mea post
me suscepit dextera tua. Ipsi ve
ro in vanū quesierūt aīaz meā: in
troibunt in inferiora terre. trad
tur i manus gladij partes vulp
erunt. Rex vero letabitur in d
laudabuntur omnes qui iura
in eo: quia obstructum est os lo
quentium iniqua. Psalmus. l
Exaudi deus orōnē meā cu
deprcor: a timore inimici
pe aīam meā. Protexisti me a c
uentu malignantiū: a multitud
operantiū iniquitatē. Quia ex

cuerūt vt gladium linguas suas:
intenderūt arcū rem amarā vt sa
gittent in occultis immaculatum
Subito sagittabūt eum ꝛ non ti=
mebunt: firmauerūt sibi sermonē
nequā. Narrauerūt vt abscōde=
rent laqueos: dixerūt quis videbit
eos. Scrutati sunt iniquitates:
defecerunt scrutantes scrutinio.
Accedet homo ad coꝛ altū: ꝛ exal
tabitur deus. Sagitte paruuloꝝ
facte sunt plage eoꝛū: et infirma=
te sunt cōtra eos lingue eoꝝ. Cō=
turbati sunt oēs qui videbāt eos:
et timuit omīs homo. Et annun
ciauerūt opera dei: ꝛ facta eius in
tellexerunt. Letabitur iustus in
dño ꝛ sperabit in eo: et laudabunt
omēs recti coꝛde. Gloꝛia patri. ꝛc

An. A timore inimici eripe domine animam meam. Psalmus. lxiiij.

TE decet hymnus deus in syõ: et tibi reddetur votũ in hierusalẽ. Exaudi orationẽ meã: ad te omnis caro veniet. Verba iniquorũ preualuerunt super nos: et impietatibus nostris tu propiciaberis. Beatus quẽ elegisti ꝛ assũpsisti: inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tue: sanctũ est templũ tuũ mirabile in equitate. Exaudi nos deus salutaris noster: spes oĩm finiũ terre ꝛ in mari longe. Preparans mõtes in virtute tua accinctus potentia: qui cõturbas ꝓfundũ maris sonũ fluctuũ eius. Turbabunt gentes et timebũt q̇ habitãt termios a si-

gnis tuis: exitus matutini ꝛ vespe
delectabis. Uisitasti terrā ꝛ ine=
briasti eā: multiplicasti locupleta=
re eā. Flumē dei repletū est aquis
parasti cibū illoꝝ quoniā ita est p̄=
paratio eiꝰ. Riuos eius inebriās
multiplica genimina eius: in stilli
cidijs eius letabit̄ germinās. Bn̄
dices corone āni benignitatis tue:
et campi tui replebūtur vbertate.
Pinguescēt speciosa deserti: et ex=
ultatiōe colles accingent̄. Indu=
ti sunt arietes ouiū. ꝛ valles abun
dabunt frumento: clamabunt ete
nim hymnū dicent. Psalmus.lxv.
Iubilate deo oīmis terra psal
mū dicite nomini eius: date
gloriam laudi eius. Dicite deo q̄
terribilia sunt opa tua dn̄e: i mul=

titudĩe virtutis tue mẽtientur ti
inimici tui. Omnis terra adoret t
et psallat tibi: psalmũ dicat nom
ni tuo. Uenite ⁊ videte opera de
terribilis in cõsilijs sup filios ho
minũ. Qui cõuertit mare in ar
dam in flumĩe pertransibunt pe
ibi letabimur in ipso. Qui dom
natur in virtute sua in eternũ o
li eius sup gẽtes respiciũt: qui e
sperãt non exaltent in semetipsis
Bñdicite gẽtes deũ nostrũ: ⁊ a
ditã facite vocẽ laudis eius. Q
posuit animã meã ad vitã: ⁊ nõ
dit in commotionem pedes meo
Quoniã probasti nos deus: ign
nos examinasti sicut examinatu
argẽtũ. Induxisti nos in laque
posuisti tribulationes in dorso m

stro: imposuisti homies super ca=
pita nostra. Transiuimus per i=
gnẽ ⁊ aquã: ⁊ eduxisti nos in refri=
geriũ. Introibo in domũ tuã in
holocaustis reddã tibi vota mea q̃
distinxerũt labia mea. Et locutũ
est os meũ: i tribulatiõe mea. Ho
locausta medullata offerã tibi cũ
incẽsu arietũ: offerã tibi boues cũ
hircis. Venite audite ⁊ narrabo
oĩes qui timetis deũ: quãta fecit
aie mee. Ad ipsũ ore meo clama=
ui: ⁊ exultaui sub ligua mea. Ini
quitatẽ si aspexi in corde meo: non
exaudiet dñs. Propterea exaudi
uit deus: ⁊ attẽdit voci deprecatio=
nis mee. Benedictus deus: q̃ non
amouit orationẽ meam ⁊ miseri=
cordiã suam a me. Psalmus.lxvj.

DEus misereať nostri et bñ-
dicat nobis: illuminet vul-
tum suũ super nos ⁊ misereať no-
stri. Ut cognoscamus i terra viã
tuã: in omĩb⁹ gentib⁹ salutare tuũ
Cõfiteantur tibi populi deus: cõ-
fiteantur tibi populi oẽs. Leten-
tur ⁊ exultent gentes: quoniã iudi-
cas populos in equitate et gentes
in terra dirigis Cõfiteantur tibi
populi deus. confiteantur tibi po-
puli oẽs: terra dedit fructũ suum
Benedicat nos deus deus noster
bñdicat nos deus: et metuãt eum
omñes fines terre. Psalmus. lxvii
EXurgat deus et dissipentur
inimici eius: et fugiant qui
oderũt eũ a facie eius. Sicut de-
ficit fum⁹ deficiãt: sicut fluit cera

a facie ignis. sic pereant pctōres a
facie dei. Et iusti epulentur et ex-
ultent in conspectu dei: & delectent
in leticia. Cātate deo psalmū di-
cite nomini eius: iter facite ei qui
ascēdit super occasū dñs nomē illi
Exultate in cōspectu eius: turba
buntur a facie eius patris orpha-
norū & iudicis viduarū. Deus in
loco sancto suo: deus qui inhabi-
tare facit vnius moris in domo.
Qui educit vinctos in fortitudi-
ne: similiter eos qui exasperāt qui
habitant in sepulchris. Deus cū
egredereris in cōspectu populi tui
cum pertrāsires in deserto. Ter-
ra mota est: eteni celi distillauerūt
a facie dei synai. a facie dei israel.
Pluuiā voluntariā segregabis:

deus hereditati tue. et infirmata
est: tu vero perfecisti eam. Aialia
tua habitabũt i ea: parasti in dul-
cedie tua pauperi deus. Dñs da
bit verbũ: euangelizantib⁹ virtute
multa. Rex virtutũ dilecti dilecti
et speciei domus diuidere spolia.
Si dormiatis iter medios cleros
penne columbe deargentate: ꝛ po-
steriora dorsi eius in pallore auri
Dum discernit celestis reges sup
eam niue dealbabuntur in selmõ
mons dei mons pinguis. Mons
coagulatus mons pinguis: vt q
suspicamini montes coagulatos.
Mons in quo beneplacitũ est deo
habitare in eo: etenim dñs habita
bit in finẽ. Currus dei decẽ mili-
bus multiplex milia letantiũ: dñs

in eis in syna in sancto. Ascēdisti in altū cepisti captiuitatē: accepisti dona in hominib⁹. Et eni non credentes: inhabitare dn̄m deū. Benedictus dn̄s die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutariū nostrorū. Deus noster deus saluos faciēdi: et dn̄i domini exit⁹ mortis. Veruntamē deus cōfringet capita inimicoꝝ suorū: verticē capilli pambulantium in delictis suis. Dixit dn̄s ex basan cōuertā cōuertā in profundū maris. Ut intinguatur pes tuus in sanguie: lingua canū tuorū ex inimicis ab ipso. Viderūt igressus tuos de⁹: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Preuenerūt principes coniuncti psallentibus: in medio

iuuencularum tympanistriarum
In ecclesijs bñdicite deo: dño de
fontib⁹ israel. Ibi beniamin ado
lescẽtulus: in mẽtis excessu. Prin-
cipes iuda duces eoꝝ: pricipes za-
bulõ ⁊ principes neptalim. Man-
da deus virtutẽ tuã: cõfirma deus
hoc quod opatus es in nobis. A
templo tuo in hierusalẽ: tibi offe-
rent reges munera. Increpa fe-
ras arundinis: cõgregatio tauro
rum in vaccis populorũ. vt exclu-
dant eos qui probati sunt argẽto.
Dissipa gentes que bella volunt
venient legati ex egypto ethiopia
preueniet manus eius deo. Re-
gna terre cãtate deo: psallite dño.
Psallite deo q̃ ascendit super celũ
celi ad orientem. Ecce dabit voci

sue vocem virtutis: date gloriam deo sup israel. magnificentia eius et virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutē et fortitudinem plebi sue benedictus deus. Gloria. Añ. In ecclesijs bñdicite dño.

Feria quinta. Psalmus. lxviij.

Saluū me fac deus: quoniā intrauerūt aque vsq; aīam meam. Infixus sum in limo pro fundi: et non est substantia. Veni in altitudinē maris: et tempestas demersit me. Laboraui clamās rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dum spero in deū meū. Multiplicati sunt sup capillos capitis mei: q̄ oderunt me gratis. Cōfortati sunt q̄ psecuti sunt

me inimici mei iniuste: que non ra
pui tunc exsoluebā. Deus tu scis
insipientiā meā: & delicta mea a te
non sunt abscōdita. Non erube
scant in me q̄ expectant te dn̄e: dn̄e
virtutū. Non cōfundant sup me
qui querūt te de⁹ israel. Quoniā
propter te sustinui opprobriū: ope
ruit cōfusio faciē meā. Extrane⁹
factus sum fratrib⁹ meis: et pere
grinus filijs matris mee. Quo
niā zelus domus tue comedit me:
et opprobria exprobrantiū tibi ce
ciderūt super me. Et operui in ie
iunio aiam meā: et factū est in op
probriū mihi. Et posui vestimen
tum meū ciliciū: & factus sum illis
in parabolā. Aduersum me loq
bantur qui sedebant in porta: & in

me psallebant qui bibebant vinũ.
Ego vero orationẽ meã ad te dñe
tempus bñplaciti deus. In mul=
titudine misericordie tue: exaudi
me in veritate salutis tue. Eripe
me de luto vt nõ infigar: libera me
ab his qui oderũt me. & de profun=
dis aquarũ. Non me demergat
tẽpestas aque: neq absorbeat me
profundũ. neq vrgeat sup me pu-
teus os suũ. Exaudi me dñe quo
niã benigna est misericordia tua:
scdm multitudinẽ miserationum
tuarũ respice in me. Et ne auer=
tas faciẽ tuã a puero tuo: quoniã
tribulor velociter exaudi me In=
tende anime mee & libera eam: pro
pter inimicos meos eripe me Tu
scis improperiũ meũ et cõfusionẽ

meā: ⁊ reuerentiā meā. In cōspe
ctu tuo sunt oēs qui tribulāt me:
improperiū expectauit cor meū et
miseriam. Et sustinui qui simul
cōtristaretur ⁊ non fuit: ⁊ qui con
solaretur ⁊ non inueni. Et dede
runt in escā meā fel: et in siti mea
potauerunt me aceto. Fiat mēsa
eorū corā ipsis in laqueū: ⁊ in re
tributiões ⁊ in scandalū. Obscu
rentur oculi eorū ne videāt: ⁊ dor
sum eorꝝ semper incurua. Effun
de super eos iram tuā: et furor ire
tue cōprehendat eos. Fiat habi
tatio eorū deserta: ⁊ in tabernacu
lis eorꝝ nō sit qui inhabitet. Quo
niam quē tu pcussisti psecuti sunt:
et sup dolorē vulnerū meorū addi
derunt. Appone iniquitatē super

iniquitatẽ eoꝝ: ⁊ non intrent in iu
sticiã tuam. Deleantur de libro
viuentiũ: ⁊ cum iustis nõ scribant
Ego sum paup̱ et dolẽs: salꝰ tua
deꝰ suscepit me. Laudabo nomẽ
dei cũ cãtico: et magnificabo eũ in
laude. Et placebit deo: sup̱ vitulũ
nouellũ cornua producentẽ et vn=
gulas. Videãt pauperes ⁊ leten=
tur: querite deũ ⁊ viuet aĩa vestra
Quoniã exaudiuit paup̱es dñs:
et vinctos suos nõ despexit. Lau
dent illũ celi ⁊ terra: mare et om̃ia
reptilia in eis. Qm̃ deꝰ saluã fa-
ciet syon: et edificabunt ciuitates
iude. Et inhabitabũt ibi: et here=
ditate adq̃rẽt eã. Et semẽ seruoꝝ
eius possidebit eã: et q̇ diligũt no=
men eius habitabũt in ea. p̃s. lxix.

D Eus in adiutoriū meū int
de: dn̄e ad adiuuādū me f
stina. Cōfundant et reuereātur
qui querūt aiam meā. Auertan
tur retrorsum ꝛ erubescāt: qui vo
lunt mihi mala. Auertantur st
tim erubescētes: q̄ dicūt mihi eug
euge. Exultēt ꝛ letentur in te oē
qui querūt te: ꝛ dicāt semꝑ magn
ficet dn̄s qui diligūt salutare tuū
Ego vero egen⁹ ꝛ pauꝑ sum: de
adiuua me. Adiutor meus ꝛ lib
rator meus es tu: dn̄e ne moreris
Gl'ia patri. an. Domine deus in a
iutorium meum intende. Psalmus.
I N te dn̄e speraui non cōfu
dar in eternū: i iusticia tu
libera me ꝛ eripe me. Inclina a
me aurem tuā: et salua me. Esto

mihi in deum protectorē: et in lo=
cum munitū vt saluū me facias.
Quoniā firmamentū meū: & re=
fugiū meū es tu. Deus meus eri
pe me de manu pctōris: & de manu
cōtra legē agentis & iniqui. Quo
niam tu es patiētia mea dñe: dñe
spes mea a iuuentute mea. In te
cōfirmatus sum ex vtero: de vētre
matris mee tu es protector meus
In te cātatio mea semper: tanq̄
prodigiū factus sum multis. et tu
adiutor fortis. Repleat̄ os meū
laude: vt cantē gloriā tuā tota die
magnitudinē tuā. Ne proiicias
me in tēpore senectutis: cum defe=
cerit virtus mea ne dereliquas me
Quia dixerūt inimici mei mihi:
& q̄ custodiebāt aīam meā consiliū

fecerũt in vnũ. Dicentes deus de
reliquit eum: ꝑsequimini ⁊ cõpre-
hendite eum. q̄a nõ est qui eripiat.
Deus ne elõgeris a me: de⁹ me⁹
in auxiliũ meũ respice. Confun-
dant et deficiãt detrahẽtes anime
mee: operiantur cõfusiõe ⁊ pudore
qui querũt mala mihi. Ego autẽ
semꝑ sperabo: ⁊ adijciã super oẽm
laudẽ tuã. Os meũ annũciabit iu-
sticiã tuã: tota die salutare tuum.
Quoniã nõ cognoui litteraturã
introibo in potẽtias dñi: dñe me-
morabor iusticie tue solius. Deus
docuisti me ex iuuentute mea: et
vsq₃ nunc pronunciabo mirabilia
tua. Et vsq₃ in senectam et seniũ:
deus ne derelinquas me. Donec
annũciẽ brachiũ tuũ: generationi

omni que ventura est. Potẽtiã tuã
et iusticiã tuã deus vsq; in altissi=
ma que fecisti magnalia: deus q̇s
similis tibi? Quantas ostendisti
mihi tribulationes multas ⁊ ma=
las: ⁊ cõuersus viuificasti me. ⁊ de
abyssis terre iterum reduxisti me.
Multiplicasti magnificentiã tuã
et cõuersus cõsolatus es me. Nã
et ego cõfitebor tibi in vasis psal=
mi veritatẽ tuã deus: psallã tibi in
cythara sctũs israel. Exultabũt
labia mea cum cantauero tibi: et
aĩa mea quã redemisti. Sed ⁊ lin
gua mea tota die meditabit̃ iusti=
ciã tuã: cũ cõfusi ⁊ reueriti fuerint
q̇ q̃rũt mala mihi. Psalmus.lxxj.
DEus iudiciũ tuum regi da:
⁊ iusticiã tuam filio regis.

Iudicare populū tuū in iusticia:
et pauperes tuos in iudicio. Su-
scipiant montes pacem populo: et
colles iusticiā. Iudicabit paupe-
res populi. et saluos faciet filios
pauperū: & humiliabit calumnia-
torem. Et permanebit cum sole:
et ante lunā in generationes gene-
rationū. Descendet sicut pluuia
in vellus: & sicut stillicidia stillan-
cia super terram. Orietur in die-
bus eius iusticia et habundantia
pacis: donec auferatur luna. Et
dñabitur a mari vsq; ad mare: & a
flumine vsq; ad termios orbis ter-
rar. Corā illo pcident ethiopes:
et inimici eius terrā lingent. Re-
ges tharsis & insule munera offe-
rent: reges arabum et saba dona

adducent. Et adorabũt eum oẽs
reges: oẽs gẽtes seruiẽt ei. Quia
liberabit pauperẽ a potẽte: ⁊ pau-
perẽ cui non erat adiutor. Parcet
pauperi et inopi: et aĩas pauperũ
saluas faciet. Ex vsuris ⁊ iniq̃ta
te redimet aĩas eorũ: ⁊ honorabi-
le nomẽ eorũ coram illo. Et viuet
⁊ dabitur ei de auro arabie: ⁊ ado
rabunt de ipso semp̱ tota die bñdi-
cent ei Erit firmamentũ in terra
in summis montiũ. superextolleť
super libanũ fructus eius: ⁊ flore-
bunt de ciuitate sicut fenum terre.
Sit nomẽ eius bñdictũ in secula:
ante solem permanet nomen eius
Et bñdicentur in ipso om̃es trib⁹
terre: om̃es gẽtes magnificabunt
eum. Bñdictus dñs deus israel:

q̃ facit mirabilia solus. Et bñdi-
ctũ nomẽ maiestatis ei⁹ in eternũ:
et replebit maiestate eius oĩs ter-
ra fiat fiat. Glĩa. añ. Esto mihi do
mĩe in deũ protectorem. Psalm⁹. lxxij.

Quam bonus israel de⁹: his
qui recto sunt corde. Mei
aũt pene moti sunt pedes: pene ef-
fusi sunt gressus mei. Quia zela
ui sup iniquos: pacem peccatorũ
uidens. Quia non est respectus
morti eorũ: et firmamentũ in pla-
ga eorũ. In labore hominũ non
sunt: ⁊ cum hominibus non flagel
labuntur. Ideo tenuit eos super-
bia: operti sunt iniquitate ⁊ impie
tate sua. Prodijt quasi ex adipe
iniquitas eorum: transierunt in
affectum cordis. Cogitauerunt

et locuti sunt nequiciā: iniquitatē in excelso locuti sunt. Posuerunt in celū os suū: ⁊ lingua eoꝝ ū transiuit in terra. Ideo conuertetur populus meus hic: ⁊ dies pleni inuenientur in eis. Et dixerunt quomodo scit deus: ⁊ si est sciētia in excelso. Ecce ipsi pctōꝛes ⁊ abundātes in seculo: obtinuerūt diuitias. Et dixi. ergo sine causa iustificaui coꝛ meū: et laui inter innocētes manus meas Et fui flagellatus tota die: ⁊ castigatio mea in matutinis. Si dicebā narrabo sic: ecce nationē filioꝝ tuoꝛum reproꝛbaui Existimabā vt cognoscerē: hoc laboꝛ est ante me. Donec intrem in sctūariū dei: ⁊ intelligā in nouissimis eoꝝ. Verūtamē ꝓpter dolos

posuisti eis: deiecisti eos dum alle
uarētur. Quomodo facti sunt in
desolationē: subito defecerūt. perie-
runt propter iniqtatē suā. Velut
somniū surgentiū: dn̄e in ciuitate
tua ymaginē ipsoꝝ ad nihilū redi-
ges. Quia inflāmatū est cor meū
et renes mei cōmutati sunt: et ego
ad nihilū redactus sum et nesciui.
Ut iumentū factus sum apud te
et ego semper tecū. Tenuisti ma-
num dexterā meā: et in voluntate
tua deduxisti me. ⁊ cum gloria su-
scepisti me. Quid eni michi est in
celo: et a te quid volui sup terram.
Defecit caro mea ⁊ cor meū: de⁹
cordis mei. ⁊ pars mea de⁹ in eter-
num. Quia ecce qui elōgant se a
te peribūt: perdidisti oēs qui forni

tantur abs te. Mihi autē adhere
re deo bonū est: ponere in dño deo
spem meam. Ut annunciem om=
nes predicationes tuas: in portis
filie syon. Psalmus.lxxiii.

UT quid deus repulisti in fi
nem: iratus est furor tuus
sup oues pascue tue. Memor esto
cōgregatiōis tue: quam possedisti
ab initio. Redemisti virgā here=
ditatis tue: mons syon in quo ha=
bitasti in eo. Leua manus tuas
in superbias eorū in finē: quanta
malignatus est inimicus in sācto.
Et gloriati sunt qui oderūt te: in
medio solēnitatis tue. Posuerūt
signa sua signa & non cognouerūt
sicut in exitu sup summū. Quasi
in silua lignorū securib9 exciderūt

tanuas eius in idipsum: in securi
et ascia deiecerūt eam. Incende-
runt igni sanctuariū tuū: in terra
polluerūt tabernaculū nominis tui
Dixerunt in corde suo cognatio
eorū simul: qescere faciamus oēs
dies festos dei a terra. Signa no
stra non vidimus. iam non est pro
pheta: & nos nō cognoscet āplius.
Usquequo deus improperabit inimi-
cus: irritat adversari⁹ nomen tuū
in finē. Ut qd auertis manū tuā
& dexterā tuam: de medio sinu tuo
in finē. Deus aūt rex noster ante
secula: operatus est salutē in me-
dio terre. Tu cōfirmasti in virtu-
te tua mare: contribulasti capita
draconū in aquis. Tu cōfregisti
capita draconis: dedisti eum escā

populis ethiopũ. Tu dirupisti fõ
tes & torrentes: tu siccasti fluuios
ethan Tuus est dies & tua est nox
tu fabricatus es aurorã et solem.
Tu fecisti om̃es terminos terre:
estatẽ et ver tu plasmasti ea. Me=
mor esto huius: inimicus impro=
perauit domino. & populus insipi=
ens incitauit nomen tuum. Ne
tradas bestijs animas cõfitentes
tibi & animas pauperum tuorum
ne obliuiscaris in finem. Respice
in testamentum tuum: quia reple
ti sunt qui obscurati sunt terre do=
mibꝰ iniq̃tatũ. Ne auertatur hu=
milis factꝰ cõfusus: pauꝑ & inops
laudabunt nomẽ tuum. Exurge
deus iudica causam tuã: memor
esto iproperiorꝝ tuorũ eorũ que ab

insipiēte sunt tota die. Ne oblıuı
scaris voces inimicoꝝ tuoꝝ: super
bia eoꝝ qui te oderūt ascēdit semꝑ
Gloria patri. Sicut. aā. Liberasti
virgā hereditatis tue. Psalm⁹. lxxiiij.
Confitebimur tibi deus con
fitebimur: et inuocabimus
nomē tuū. Narrabimus mirabi
lia tua: cum accepero tempus ego
iusticias iudicabo. Liqfacta est
terra ⁊ omēs qui habitāt ī ea: ego
cōfirmaui colūnas eius. Dixi ini
quis nolite iniq̄ agere: ⁊ delinquē
tib⁹ nolite exaltare cornu. Noli
te extollere ī altū cornu vestrū: no
lite loqui aduersus deū iniquitatē
Quia neq̨ ab oriēte neq̨ ab occi
dente neq̨ a desertis mōtib⁹: quo
niam deus iudex est. Hunc humi

liat ⁊ hunc exaltat: q̄a calix in ma
nu domini vini meri plen⁹ mixto.
Et incliauit ex hoc in hoc: verun=
tamen fex eius non est exinanita.
bibent om̄es pctōres terre. Ego
autē annunciabo in seculū: canta=
bo deo iacob. Et omnia cornua
peccatorū confringā: ⁊ exaltabun
tur cornua iusti. Psalmus.lxxv.
Notus in iudea de⁹: in israel
magnū nomē eius. Et fa=
ctus est in pace locus eius: ⁊ habi=
tatio eius in syon. Ibi confregit
potētias: arcū. scutū. gladiū. ⁊ bel=
lū. Illuminans tu mirabiliter a
montib⁹ eternis: turbati sunt oēs
insipiētes corde Dormierūt som
num suū: et nihil inuenerūt om̄es
viri diuitiaꝝ in manib⁹ suis. Ab

increpatione tua deus iacob: dor
mitauerūt qui ascenderūt equos
Tu terribilis es ⁊ q̄s resistet ti
ex tūc ira tua. De celo auditū fe
cisti iudiciū: terra tremuit ⁊ q̄eui
Cum exurgeret in iudicio deus
vt saluos faceret oēs mansuetos
terre. Quoniam cogitatio hom
nis cōfitebitur tibi: ⁊ reliquie cog
tatiōis diem festū agent tibi. Uo
uete et reddite dn̄o deo vestro: oēs
qui in circuitu eius affertis mun
ra. Terribili et ei qui aufert spi
ritū principū: terribili apud reges
terre. Gloria patri An̄. In isra
magnū nomen eius. Psalmus. lxxvi

Uoce mea ad dn̄m clamaui
voce mea ad deū ⁊ intendi
mihi In die tribulatiōis mee deū

exquisiui manib⁹ meis nocte con=
tra eum: ⁊ nō sum deceptus. Re=
nuit cōsolari anima mea: memor
fui dei ⁊ delectatus sum. et exerci=
tatus sum. ⁊ defecit spirit⁹ meus.
Anticipauerūt vigilias oculi mei:
turbatus sum ⁊ non sum locutus.
Cogitaui dies āntiquos: ⁊ annos
eternos in mente habui. Et medi
tatus sum nocte cum corde meo: ⁊
exercitabar ⁊ scopebā spiritū meū
Nunquid in eternū proijciet deus:
et non apponet vt complacitior sit
adhuc. Aut in finē misericordiā
suā abscidet: a generatiōe in gene
rationē. Aut obliuiscetur misere
ri deus: aut continebit in ira sua
misericordias suas. Et dixi. nūc
cepi: hec mutatio dextere excelsi.

increpatione tua deus iacob: dor
mitauerūt qui ascenderūt equos
T u terribilis es ꝛ qs resistet ti
ex tūc ira tua. D e celo auditū fe
cisti iudiciū: terra tremuit ꝛ qeu
Q uum exurgeret in iudicio deus:
vt saluos faceret oēs mansuetos
terre. Q uoniam cogitatio hom
nis cōfitebitur tibi: ꝛ reliquie cog
tatiōis diem festū agent tibi. V o
uete et reddite dn̄o deo vestro: oēs
qui in circuitu eius affertis mun
ra. T erribili et ei qui aufert spi
ritū principū: terribili apud reges
terre. G loria patri An̄. I n israe
magnū nomen eius. Psalmus. lxxvi.
V Oce mea ad dn̄m clamaui
voce mea ad deū ꝛ intendit
mihi I n die tribulatiōis mee deū

exquisiui manib⁹ meis nocte con=
tra eum: ⁊ nō sum deceptus. Re=
nuit cōsolari anima mea: memor
fui dei ⁊ delectatus sum. et exerci=
tatus sum. ⁊ defecit spirit⁹ meus.
Anticipauerūt vigilias oculi mei:
turbatus sum ⁊ non sum locutus.
Cogitaui dies ātiquos: ⁊ annos
eternos in mente habui. Et medi
tatus sum nocte cum corde meo: ⁊
exercitabar ⁊ scopebā spiritū meū
Nunquid in eternū pijciet deus:
et non apponet vt complacitior sit
adhuc. Aut in finē misericordiā
suā abscidet: a generatiōe in gene
rationē. Aut obliuiscetur misere
ri deus: aut continebit in ira sua
misericordias suas. Et dixi. nūc
cepi: hec mutatio dextere excelsi.

Memor fui operū dñi: q̄a memo
ero ab initio mirabiliū tuoꝝ. E
meditabor in om̄ib⁹ operib⁹ tuis
et in adinuētionib⁹ tuis exercebo
Deus in sctō via tua. quis deus
magnus sicut deus noster: tu e
deus qui facis mirabilia. No
fecisti in populis virtutē tuā: red
misti in brachio tuo populū tuū
lios iacob et ioseph. Viderunt
aque de⁹. viderūt te aque ⁊ timu
runt: ⁊ turbate sunt abyssi. Mu
titudo sonitus aquarū: vocē ded
runt nubes. Etenim sagitte tu
transeūt: vox tonitrui tui in rota
Illuxerūt chorusca tiōes tue or
bi terre: commota est et cōtremu
terra. In mari via tua. et sem
tue i aquis multis: et vestigia tu

non cognoscentur. Deduxisti si-
cut oues populum tuum: in manu
moysi et aaron. Psalmus.lxxvij.
Attendite popule meus le-
gem meā: inclinate aurem
vestrā in verba oris mei. Aperiā
in parabolis os meū. loquar pro-
positiōes ab initio. Quanta au-
diuimus & cognouimus ea: & pa-
tres nostri narrauerūt nobis. Nō
sūt occultata a filijs eorū: in gene-
ratiōe altera. Narrantes laudes
dn̄i et virtutes ei9: & mirabilia ei9
que fecit. Et suscitauit testimoni
um in iacob: & legē posuit in israel
Quanta mādauit patribus no-
stris nota facere ea filijs suis: vt
cognoscat generatio altera. Filij
q̄ nascētur & exurgēt: enarrabunt

filijs suis. Ut ponant in deo spem
suam: et non obliuiscantur operum dei:
et mandata eius exquirant. N
fiant sicut patres eorum: generatio
praua et exasperans. Generatio
que non direxit cor suum: et non est cre
ditus cum deo spiritus eius. Fi
lij effrem intendentes et mittentes
arcum: conuersi sunt in die belli. N
custodierunt testamentum dei: et in
lege eius noluerunt ambulare. Et
obliti sunt benefactorum eius: et mi
rabilium eius que ostendit eis. Co
ram patribus eorum fecit mirabilia
in terra egypti: in campo thaneos.
Interrupit mare et perduxit eos:
et statuit aquas quasi in utre. Et
deduxit eos in nube diei: et tota no
cte in illuminatione ignis. Interru

pit petrā in heremo: et adaquauit
eos velut ī abysso multa. Et edu=
xit aquā de petra: et deduxit tanq̄
flumina aquas. Et apposuerunt
adhuc peccare ei: in iram excitaue
runt excelsum in inaquoso. Et tē
ptauerūt deū in cordib⁹ suis: vt pe
terent escas animabus suis. Et
male locuti sunt de deo: dixerunt.
nunquid poterit deus parare mē=
sam in deserto. Quoniā pcussit
petrā ꝛ fluxerūt aque: ꝛ torrentes
inundauerūt. Nunquid ꝛ panem
poterit dare: aut parare mensam
populo suo. Ideo audiuit dn̄s et
distulit: ꝛ ignis accēsus est ī iacob.
ꝛ ira ascēdit ī israel. Quia nō cre
diderūt ī deo: nec sꝑauerūt ī salutari
eius. Et mandauit nubib⁹ desuꝑ

⁊ ianuas celi apuit. Et pluit ill
mãna ad mãducandū: et panē ce
dedit eis. Panē angelo⁊ mand
cauit homo: cibaria misit eis i h
bundantiā. Transtulit austru
de celo: ⁊ induxit in virtute sua a
fricū. Et pluit sup eos sicut pu
uerē carnes: et sicut arenā mari
volatilia pennata. Et ceciderun
in medio castro⁊ eorū: circa tab
nacula eorū. Et manducauer
et saturati sunt nimis: ⁊ desideri
eo⁊ attulit eis: non sunt frauda
a desiderio suo. Adhuc esce eo
erant in ore ipso⁊: ⁊ ira dei ascēd
sup eos. Et occidit pingues eo
⁊ electos israel impediuit. In o
bus his peccauerūt adhuc: et no
crediderūt in mirabilib⁹ eius. E

defecerunt in vanitate dies eorū: ⁊
anni eorū cum festinatiōe. Cum
occideret eos querebant eum ⁊ re-
vertebantur: et diluculo veniebāt
ad eum. Et rememorati sunt q̄a
deus adiutor est eoꝝ: ⁊ deus excel-
sus redēptor eoꝝ est. Et dilexerūt
eum in ore suo: ⁊ lingua sua men-
titi sunt ei. Cor aūt eoꝝ non erat
rectū cū eo: nec fideles habiti sunt
in testamento eius. Ipse autē est
misericors et propicius fiet pctis
eorū: ⁊ nō disperdet eos. Et abun
dauit vt auerteret irā suā: ⁊ nō ac-
cendit omnē irā suā. Et recorda-
tus est quia caro sunt: spiritus va
dens ⁊ non rediēs. Quoties exa-
cerbauerūt eum in deserto: in irā
cōcitauerūt eum in inaquoso. Et

cōuersi sunt ⁊ tēptauerūt deū: ⁊ san
ctū israel exacerbauerūt. Nō sunt
recordati manus eius: die qua re-
demit eos de manu tribulantis.
Sicut posuit i egypto signa sua:
⁊ prodigia sua in campo thaneos.
Et cōuertit in sanguinē flumina
eorum: et ymbres eorum ne bibe-
rent. Misit in eos cynomiam ⁊ co
medit eos: ⁊ ranam et disperdidit
eos. Et dedit erugini fructus eo-
rum: ⁊ labores eorum locuste. Et
occidit in grandine vineas eorum:
et moros eorū in pruina. Et tra-
didit grandini iumenta eorum: ⁊
possessionē eoꝝ igni. Misit in eos
irā idignatiōis sue. idignationē ⁊
irā ⁊ tribulationē: immissiōes per
angelos malos. Uiā fecit semite

ire sue. non pepercit a morte aiaꝝ
eoꝝ: ⁊ iumēta eoꝝ i morte cōclusit.
Et percussit oīe primogenitū in
terra egypti: primitias oīs labo
ris eorum in tabernaculis cham.
Et abstulit sicut oues populum
suū: et perduxit eos tanq̄ gregē in
deserto. Et deduxit eos in spe et
nō timuerūt: et inimicos eoꝝ ope-
ruit mare. Et induxit eos in mō-
tem sctificatiōis sue: montem quē
adquisiuit dextera eius Et eiecit
a facie eorū gentes: et sorte diuisit
eis terrā in funiculo distributiōis
Et habitare fecit i tabernaculis
eorū: tribꝰ israel. Et tēptauerunt
et exacerbauerūt deū excelsū: et te
stimonia eius nō custodierūt. Et
auerterūt se ⁊ nō seruauerīt pactū:

queadmodū patres eorū conuersi
sunt i arcū prauū In irā cōcitaue
rūt eum in collibus suis: & in scul-
ptilibus suis ad emulationē eum
prouocauerunt. Audiuit deus &
spreuit: et ad nihilū redegit valde
israel. Et repulit tabernaculum
sylo: tabernaculū suū vbi habita-
uit in hominib⁹ Et tradidit in ca
ptiuitatē virtutē eoꝝ: & pulchritu-
dinem eoꝝ in manus inimici. Et
cōclusit in gladio populū suū: & he
reditatē suam spreuit. Iuuenes
eoꝝ comedit ignis: & virgines eoꝝ
non sunt lamētate. Sacerdotes
eorū in gladio ceciderunt: et vidue
eorū non plorabantur. Et excita
tus est tanq̄ dormiens dn̄s: tanq̄
potēs crapulatus a vino. Et per-

cussit inimicos suos in posteriora opprobriũ sempiternũ dedit illis. Et repulit tabernaculũ ioseph: ꝛ tribũ effraym nõ elegit. Sed elegit tribũ iuda: montẽ syõ quẽ dilexit. Et edificauit sicut vnicornis sctificiũ suũ: in terra quam fundauit in secula. Et elegit dauid seruum suũ: et sustulit eũ de gregibꝰ ouiũ. de post fetantes accepit eum Pascere iacob seruũ suũ: ꝛ israel hereditatẽ suam. Et pauit eos in innocẽtia cordis sui: ꝛ in intellectibus manuũ suarum deduxit eos. Gloria patri. Añ. Tu es deus qui facis mirabilia. Psalmus. lxxviij.

Deus venerũt gẽtes in hereditatẽ tuã: polluerunt templum sanctũ tuũ. posuerũt hieru=

salem in pomoꝝ custodiā. Posue-
runt morticina seruoꝝ tuoꝝ escas
volatilibus celi: carnes sanctoꝝ
tuoꝝ bestijs terre. Effuderūt san
guinem eoꝝ. tanq̄ aquā in circui
tu hierusalē: ⁊ non erat qui sepeli-
ret. Facti sumus opprobriū vici-
nis nostris: subsannatio et illusio
his q̄ in circuitu nostro sunt. Us
quequo dn̄e irasceris in finē: accen-
detur velut ignis zelus tuus. Ef
funde irā tuam in gētes que te nō
nouerūt: ⁊ in regna que nomē tuū
non inuocauerunt. Quia come-
derūt iacob: et locū eius desolaue-
runt. Ne memineris iniquitatū
nostrarū antiquaꝝ: cito anticipēt
nos misericordie tue q̄a pauperes
facti sumus nimis. Adiuua nos

de⁹ salutaris noster: ⁊ propter glo
riam nominis tui dñe libera nos.
et propicius esto pctis nostris. pro
pter nomen tuũ. Ne forte dicãt in
gentibus vbi est deus eoꝝ: ⁊ inno=
tescat in nationib⁹ corã oculis no=
stris Ultio sanguinis seruorum
tuorũ qui effusus est: introeat in
cõspectu tuo gemitus cõpeditorũ.
Scd̃m magnitudinẽ brachij tui:
posside filios mortificatorũ. Et
redde vicinis nostris septuplũ in si
nu eorũ: improperiũ ipsorũ quod
exprobrauerũt tibi dñe. Nos au-
tem populus tuus et oues pascue
tue: cõfitebimur tibi i scl̃z. In ge=
neratiõe ⁊ gñatione annũciabim⁹
laudẽ tuã. Psalmus. lxxix.
Qui regis israel intende: qui

deducis velut ouem ioseph. Qui
sedes super cherubi: manifestare
corā effrayim bēiamin ꝫ manasse.
Excita potentiā tuam et veni: vt
saluos facias nos. Deus cōuer-
te nos: ꝫ ostēde faciē tuā ꝫ salui eri
mus. Dñe deus virtutū: quousq
irasceris super orationē serui tui.
Cibabis nos pane lachrimarū: ꝫ
potū dabis nobis in lachrymis in
mēsura. Posuisti nos in cōtradi-
ctionē vicinis nostris: ꝫ inimici no
stri subsannauerunt nos. Deus
virtutū cōuerte nos: ꝫ ostēde facie
tuā et salui erim⁹. Vineā de egy-
pto transtulisti: eiecisti gētes ꝫ plā
tasti eam. Dux itineris fuisti in
cōspectu eius: et plantasti radices
eius ꝫ impleuit terram. Operuit

mōtes vmbra eius: et arbusta ei⁹
cedros dei. Extendit palmites su
os vsq; ad mare: et vsq; ad flumen
propagines eius. Ut quid destru
xisti maceriā eius: & vindemiāt eā
oēs qui pretergrediuntur viam
Exterminauit eam aper de silua:
et singularis fer⁹ depastus est eā.
Deus virtutū cōuertere: respice
de celo & vide. & visita vineā istam.
Et perfice eam quā plantauit de
xtera tua: & sup filiū hominis quē
confirmasti tibi. Incensa igni et
suffossa: ab increpatiōe vultus tui
peribūt. Fiat manus tua sup vi-
rum dextere tue: et sup filiū homi-
nis quē cōfirmasti tibi. Et non di
scedim⁹ a te: viuificabis nos. & no-
mē tuū iuocabim⁹. Dñe de⁹ vir-

tutū cōuerte nos: et ostēde faciem
tuam ꝛ salui erimus. Gloria. añ
Propicius esto peccatis nostris domine.
¶ Feria sexta. Psalmus. lxxx.
Exultate deo adiutori nostro
iubilate deo iacob. Sumi-
te psalmū ꝛ date tympanū: psalte-
riū iocundū cum cythara Bucci-
nate in neomenia tuba: in insigni
die solēnitatis vestre. Quia pre-
ptum in israel est: ꝛ iudiciū deo ia-
cob Testimoniū in ioseph posuit
illud cū exiret de terra egypti: lin-
guam quam nō nouerat audiuit.
Diuertit ab oneribꝰ dorsū eius
manus eius in cophino seruierūt
In tribulatiōe inuocasti me ꝛ li-
beraui te: exaudiui te in abscōdi-
to tēpestatis. pbaui te apud aquā

cōtradictiōis. Audi populus me-
us et cōtestabor te: israel si audie-
ris me non erit in te de⁹ recēs. neq̧
adorabis deū alienū. Ego enim
sum dñs de⁹ tuus q̇ eduxi te de ter-
ra egypti: dilata os tuum ⁊ imple-
bo illud. Et nō audiuit populus
meus vocē meā: ⁊ israel nō intēdit
mihi. Et dimisi eos scdm deside-
ria cordis eorū: ibūt in adinuētio-
nib⁹ suis. Si populus meus au-
disset me: israel si in vijs meis am-
bulasset. Pro nihilo forsitan ini-
micos eorū humiliassem: et super
tribulātes eos misissē manū meā.
Inimici dñi mētiti sunt ei: et erit
tempus eoꝝ in secula. Et cibauit
illos ex adipe frumenti: ⁊ de petra
melle saturauit eos. Psalm⁹ lxxxi

DEus stetit i synagoga deo-
rum: in medio aut deos di-
iudicat. Usqquo iudicatis iniq-
tate: et facies pctoru sumitis. Iu-
dicate egeno et pupillo: humilem et
pauperem iustificate. Eripite pau-
perem: et egenu de manu pctoris li-
berate. Nescierut neqz intellexeru
in tenebris ambulat: mouebuntur
omnia fundameta terre. Ego dixi
dij estis: et filij excelsi omes. Uos
aut sicut hoies moriemini: et sicut
unus de principib9 cadetis. Sur-
ge deus iudica terra: quonia tu he-
reditabis in oib9 getib9. Gloria. An.
Exultate deo adiutori nro. ps. lxxxij.
DEus quis similis erit tibi:
ne taceas neqz copescaris
deus Quonia ecce inimici tui so-

nuerũt: ⁊ qui oderũt te extulerunt
caput. Super populũ tuũ mali-
gnauerũt cõsiliũ: ⁊ cogitauerũt ad-
uersus sctõs tuos. Dixerũt veni-
te ⁊ disperdamus eos de gẽte: ⁊ nõ
memoretur nomẽ israel vltra. Qm̃
cogitauerũt vnanimiter simul ad
uersus te testamentũ disposuerũt
tabernacula idumeoꝝ ⁊ ysmaelite
Moab. ⁊ agareni. gebal. ⁊ amon
et amalech: alienigene cum habi-
tantibꝰ tyrũ. Etenim assur venit
cum illis: facti sunt in adiutoriũ
filijs loth. Fac illis sicut madian
⁊ sysare: sicut iabin in torrẽte cysõ
Disperierũt in endor: facti sunt vt
stercus terre. Pone prĩcipes eoꝝ:
sicut oreb. ⁊ zeb ⁊ zebee. ⁊ salmana
Om̃es principes eoꝝ: qui dixerũt

hereditate possideamus sctūariū
dei. Deus meus pone illos vt ro-
tam: ꝛ sicut stipulā ante faciē vēti
Sicut ignis qui cōburit siluam:
et sicut flamma cōburens mōtes.
Ita persequeris illos in tempe-
state tua: ꝛ i ira tua turbabis eos
Imple facies eoꝝ ignominia: et
querent nomē tuum dñe. Erube-
scāt ꝛ cōturbent in sclm scli: ꝛ con-
fundant ꝛ pereant. Et cognoscāt
q̄a nomē tibi deus: tu solus altissi
mus in oī terra Psalmus. lxxxiij.

Quam dilecta tabernacula
tua dñe virtutū: cōcupiscit
et deficit anima mea in atria dñi.
Cor meū ꝛ caro mea: exultauert
in deū viuū. Etenim passer inue-
nit sibi domū: ꝛ turtur nidum sibi

vbi reponat pullos suos Altaria
tua dñe virtutũ: rex meus et deus
meus. Beati qui habitãt ĩ domo
tua: in secula seculorũ laudabunt
te. Beatus vir cuius est auxiliũ
abs te: ascensiones in corde suo di
sposuit in valle lachrymarum in loco
quem posuit. Etenim bñdictiões
dabit legislator: ibũt de virtute in
virtutẽ videbitur deus deorum in
syõ. Dñe deus virtutum exaudi
orationẽ meã: auribꝰ percipe deꝰ
iacob. Protector noster aspice de-
us: et respice in faciem christi tui.
Quia melior est dies vna ĩ atrijs
tuis: super milia. Elegi abiectus
esse ĩ domo dei mei: magis ꝙ habi
tare ĩ tabernaculis pctorum. Quia
misericordiã et veritatem diligit

deus: gratiā ⁊ gloriam dabit dñs
Nō priuabit bonis eos q̇ ambu-
lant in innocētia: dñe virtutū bea-
tus homo qui sperat in te Gloria
patri. Añ. Tu solus altissimus super
omnem terram. Psalmus. lxxxiiij.
BEnedixisti dñe terrā tuam:
auertisti captiuitatē iacob.
Remisisti iniquitatē plebis tue:
operuisti oīa pctā eorū. Mitiga-
sti omnē irā tuam: auertisti ab ira
indignatiōis tue. Conuerte nos
de⁹ salutaris noster: et auerte irā
tuā a nobis. Nunquid in eternū
irasceris nobis: aut extēdes iram
tuā a generatiōe in generationē.
Deus tu conuersus viuificabis
nos: ⁊ plebs tua letabit̄ i te Ostē-
de nobis dñe misericordiā tuam:

et salutare tuũ da nobis. Audiã
quid loquat in me dñs deus: quo=
niam loquet pacẽ in plebẽ suam.
Et sup sctõs suos: ⁊ in eos qui cõ
uertuntur ad cor. Ueruntamen
prope timẽtes eum salutare ipsi⁹:
vt ĩhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia ⁊ veritas obuiaue=
runt sibi: iusticia et pax osculate
sunt. Ueritas de terra orta est: ⁊
iusticia de celo prospexit. Etenim
dñs dabit benignitatẽ: ⁊ terra no-
stra dabit fructũ suum. Iusticia
ante eum ãbulabit: ⁊ ponet in via
gressus suos. Psalmus. lxxxv.

INclina dñe aurẽ tuã ⁊ exau
di me: quoniã inops ⁊ paup
sum ego. Custodi animã meam
quoniã sctũs sum: saluũ fac seruũ

tuũ deus meus sperantẽ in te. M
serere mei dñe quoniam ad te cla
maui tota die: letifica aĩam ser
tui quoniã ad te dñe aĩam meã le
uaui. Q uoniã tu dñe suauis
mitis: ⁊ multe misericordie oĩbu
inuocantib⁹ te. A urib⁹ ꝑcipe dñ
orationẽ meã: ⁊ intẽde voci depca
tionis mee. I n die tribulation
mee clamaui ad te: quia exaudi
me. N õ est similis tui in dijs dñ
et nõ est scđm opa tua O ẽs gẽte
quascunq꜡ fecisti venient ⁊ ador
bunt corã te dñe: ⁊ glorificabũt n
mẽ tuũ. Q uoniã magnus es tu
et faciẽs mirabilia. tu es deus s
lus. D educ me dñe in via tua:
ingrediar in veritate tua: letetu
cor meum vt timeat nomen tuum

Confitebor tibi dñe deus meus in
toto corde meo: et glorificabo no-
men tuũ in eternũ. Quia miseri-
cordia tua magna est super me: et
eruisti aiam meã ex inferno infe-
riori. Deus iniqui insurrexerũt
sup me. & synagoga potentiũ que-
sierũt animã meã: & nõ proposue-
runt te in cõspectu suo. Et tu dñe
deus miserator et misericors: pa-
tiens & multe misericordie & verax
Respice in me & miserere mei: da
imperiũ puero tuo. et saluũ fac fi-
liũ ancille tue. Fac mecum signũ
in bono: vt videãt qui oderũt me &
cõfũdant. qm̃ tu dñe adiuuisti me
& cõsolatus es me. Gloria. añ. Bñ-
Benedixisti dñe terrã tuã. ps. lxxxvii
Fundamẽta eius in mõtib⁹

sctis: diligit dn̄s portas syō super
om̄ia tabernacula iacob. G loriosa
dicta sunt de te: ciuitas dei. M e-
mor ero raab ꝛ babilonis: scienti-
bus me. E cce alienigene ꝛ tyrus
et populus ethiopū: hi fuerūt illic.
N ūquid syō dicet homo: ꝛ homo
natus est in ea. et ipse fundauit eā
altissimus. D n̄s narrabit in scri
pturis populorū: et principū horū
q̄ fuerūt in ea S icut letantiū: om
niū habitatio ī te. Psalm⁹ lxxxvij.
D Omīe deus salutis mee: in
die clamaui ꝛ nocte corā te.
I ntret ī cōspectu tuo oratio mea
inclīa aurē tuam ad precē meam.
Q uia repleta est malis aīa mea
ꝛ vita mea in inferno appropiqua
uit. E stimatus sum cum descen-

dentibus in lacū: factus sum sicut
hō sine adiutorio inter mortuos li
ber. Sicut vulnerati dormientes
in sepulchris quorꝫ non es memor
amplius: ⁊ ipsi de manu tua repulsi
sunt. Posuerunt me in lacu infe=
riori: in tenebrosis ⁊ ī umbra mor=
tis. Super me cōfirmatus est fu=
ror tuus: et omēs fluctus tuos in=
duxisti super me. Lōge fecisti no=
tos meos a me: posuerūt me abho=
minationē sibi. Traditus sum ⁊
non egrediebar: oculi mei langue
rūt pre inopia. Clamaui ad te do
mine: tota die expandi ad te manus
meas. Nunquid mortuis facies
mirabilia: aut medici suscitabūt ⁊
cōfitebuntur tibi. Nunqd narra
bit aliqs in sepulcro misericordiā

tuā: et veritatē tuā in perditionē. Nūquid cognoscētur in tenebris mirabilia tua: ⁊ iusticia tua: i terra obliuiōis. Et ego ad te dñe clamaui: ⁊ mane oratio mea preueniet te. Ut quid dñe repellis orationē meā: auertis faciē tuā a me. Pauper sum ego ⁊ in laborib⁹ a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum ⁊ cōturbatus. In me transierunt ire tue: et terrores tui cōturbauerunt me. Circundederūt me sicut aqua tota die: circundederuut me simul. Elongasti a me amicū ⁊ primū: ⁊ notos meos a miseria. Gloria. Añ. Fundamēta eius in mōtib⁹ sctis. Psalm⁹. lxxxviij.

Misericordias dñi: in eternū cantabo. In generatiōe ⁊

generationē: annũciabo veritatē
tuā in ore meo Quoniā dixisti in
eternũ misericordia edificabit in
celis: preparabit vitas tua in eis.
Disposui testamētũ electis meis
iuraui dauid seruo meo. vsq; ineternum
preparabo semē tuũ. Et
edificabo in generatiõe & generationē:
sedē tuā. Cõfitebuntur celi
mirabilia tua dñe: eteni veritatē
tuā in ecclesia sctõrũ Quoniā q̇s
in nubib9 equabitur dño: similis
erit dño in filijs dei. Deus q̇ glorificatur
in consilio sanctorũ: magnus
et terribilis super omes qui
in circuitu eius sunt. Dñe deus
virtutũ quis similis tibi: potēs es
dñe et veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris potestatis maris:

motum autē fluctuū eius tu miti-
gas. Tu humiliasti sicut vulne-
ratū superbū: in brachio virtutis
tue dispsisti inimicos tuos. Tui
sunt celi et tua est terra. orbē terre
et plenitudinem eius tu fundasti:
aqlonem ꝛ mare tu creasti. Tha
bor. ꝛ hermon. in nomie tuo exul-
tabūt: tuū brachiū cum potentia.
Firmetur manus tua et exaltet
dextera tua: iusticia ꝛ iudiciū pre-
paratio sedis tue. Misericordia ꝛ
veritas precedēt faciē tuā: beatus
populus qui scit iubilationē. Do
mie in lumie vultus tui ambula-
bunt: ꝛ in nomie tuo exultabūt to-
ta die: ꝛ in iusticia tua exultabunt
Quoniā gloria virtutis eorū tu
es: ꝛ in bñplacito tuo exaltabitur

cornu nostrũ Quia dñi est assum
ptio nostra: et scti israel regis no=
stri. Tunc locutus es in visiõe sã
ctis tuis & dixisti: posui adiutoriũ
in potente. & exaltaui electũ de ple=
be mea Inueni dauid seruũ meũ
oleo sctõ meo vnxi eum. Manus
enim mea auxiliabit ei: & brachiũ
meũ cõfirmauit eum. Nihil pro=
ficiet inimicus in eo: & filius iniq=
tatis nõ apponet nocere ei. Et cõ
cidã a facie ipsius inimicos eius:
et odiẽtes eum in fugã cõuertam.
Et veritas mea et misericordia
mea cum ipso: et in nomĩe meo ex=
altabitur cornu eius. Et ponã in
mari manũ eius: & in fluminibus
dexterã eius. Ipse inuocauit me
pater meus es tu: deus meus & su

sceptoꝛ salutis mee. Et ego pri=
mogenitū ponā illū: excelsum pre
regib⁹ terre. In eternū seruabo
illi misericoꝛdiā meā: ⁊ testamen=
tum meū fidele ipsi Et ponā in se
culū seculi semē eius: et thronū ei⁹
sicut dies celi. Si autē derelique=
rint filij eius legem meā: ⁊ in iudi
cijs meis non ambulauerint. Si
iusticias meas prophanauerint:
et mandata mea non custodierint
Uisitabo in virga iniqtates eoꝝ
et in verberib⁹ peccata eoꝝ. Mi=
sericoꝛdiam autē meā non disper=
gam ab eo: neqꝫ nocebo in verita=
te mea. Neqꝫ prophanabo testa=
mentū meū: ⁊ que procedunt de la
bijs meis non faciam irrita. Se=
mel iuraui in sancto meo si dauid

mentiar: semen eius ineternũ ma
nebit Et thronus eius sicut sol in
conspectu meo. et sicut luna perfe=
cta ineternũ: & testis in celo fidelis
Tu vero repulisti & despexisti: di=
stulisti christũ tuũ. Euertisti te=
stamẽtũ serui tui: prophanasti in
terra sanctuariũ eius. Destruxi
sti oẽs sepes eius: posuisti firma=
mentũ eius formidinẽ. Diripue=
runt eum omes transeuntes viã:
factus est opprobriũ vicinis suis.
Exaltasti dexterã deprimẽtium
eum: letificasti oẽs inimicos eius
Auertisti adiutoriũ gladij ei⁹: et
nõ es auxiliat⁹ ei in bello Destru
xisti eũ ab emũdatiõe: et sedẽ eius
in terra collisisti. Minorasti dies
tẽporis eius: ꝯfudisti eũ cõfusiõe.

Usq̃quo dñe auertis in finē: ex-
ardescet sicut ignis ira tua. Me-
morare que mea substātia: nunquid
enim vane constituisti om̄es filios
hominū. Quis est homo q̄ viuet
et nō videbit mortē: eruet aīaz suā
de manu inferi. Ubi sunt miseri
cordie tue antique dñe: sicut iura-
sti dauid ī ꝟitate tua. Memor esto
dñe opprobrij seruorꝝ tuorū: quod
cōtinui in sinu meo multarꝝ gētiū.
Quod exprobrauerūt īimici tui
dñe: quod exprobrauerūt cōmuta
tionē christi tui. Bñdictꝰ dñs in
eternū fiat fiat. Psalmus. lxxxix.

Domine refugiū factꝰ es no-
bis: a generatione in gene-
rationē. Priusq̄ mōtes fierēt aut
formaretur terra ⁊ orbis: a sclo et

vsq; in sclm tu es deus. Ne auer-
tas hominẽ in humilitatẽ: et dixi-
sti cõuertimini filij hoim. Quo-
niã mille anni ante oculos tuos:
tanq̃ dies hesterna q̃ preterijt. Et
custodia in nocte: que p nihilo ha-
bent eoꝝ anni erunt. Mane sicut
herba trãseat mane floreat ⁊ tran
seat: vespere decidat induret ⁊ are-
scat. Quia defecimus in ira tua:
et in furore tuo turbati sumꝰ Po
suisti iniqtates nostras i cõspectu
tuo: seculũ nostrũ in illuminatiõe
vultus tui. Quoniã oẽs dies no-
stri defecerũt: ⁊ i ira tua defecimꝰ.
Anni nostri sicut aranea medita
bunt: dies annoꝝ nostroꝝ in ipsis
septuagita ãnis Si aũt in poten-
tatibus octogita anni: ⁊ amplius

eorum labor et dolor. Quoniã su
peruenit mansuetudo: et corripie-
mur. Quis nouit potestatem ire
tue: et pre timore tuo irã tuã dinu-
merare. Dexterã tuã sic notã fac
et eruditos corde in sapiẽtia. Cõ-
uertere dñe vsqꝫquo: et deprecabi-
lis esto sup servos tuos. Repleti
sumus mane misericordia tua: et
exultauimus et delectati sumus in
omibus dieb⁹ nostris. Letati su-
mus pro dieb⁹ quib⁹ nos humilia
sti: annis q̃b⁹ vidimus mala. Re
spice in seruos tuos et i opa tua: et
dirige filios eorũ. Et sit splendor
dñi dei nostri sup nos: et opera ma
nuũ nostrax dirige sup nos. et op⁹
manuũ nr̃ax dirige. ps. xc.
Qui habitat in adiutorio al

tissimi: in protectione dei celi com=
morabitur. Dicet dn̄o susceptor
me⁹ es tu. ⁊ refugiū meū de⁹ me⁹:
sperabo in eū Qm̄ ipse liberauit
me de laqueo venantiū: ⁊ a verbo
aspero Scapulis suis obūbrabit
tibi: et sub pennis eius sperabis.
Scuto circūdabit te veritas ei⁹: nō
timebis a timore nocturno. A sa
gitta volāte in die a negocio pam•
bulāte in tenebris: ab incursu ⁊ de
monio meridiano Cadēt a latere
tuo mille. ⁊ decem milia a dextris
tuis: ad te aūt nō appropinquabit
Uerūtamē oculis tuis cōsidera=
bis: ⁊ retributionē peccator̄ vide=
bis. Quoniā tu es domine spes
mea: altissimum posuisti refugiū
tuum. Non accedet ad te malum

et flagellū nō approꝛpinquabit ta-
bernaculo tuo. Quoniā angelis
suis mādauit de te: vt custodiāt te
in oībus vijs tuis. In manibus
poꝛtabunt te: ne foꝛte offendas ad
lapidē pedē tuū. Super aspidē et
basiliscū ambulabis: ꝛ cōculcabis
leonē ꝛ dꝛachonē. Quoniā in me
sperauit liberabo eum: pꝛotegam
eum quoniā cognouit nomē meū.
Clamauit ad me et ego exaudiā
eum: cū ipso sum in tribulatiōe eri
piā eum ꝛ gloꝛificabo eum. Lon-
gitudie dierū replebo eū: et ostēdā
illi salutare meum. Psalmus. xcj.
BOnū est cōfiteri dn̄o: ꝛ psal-
lere nomini tuo altissime.
Ad annūciandū mane misericoꝛ
diam tuā. ꝛ veritatē tuā per noctē.

In decacordo psalterio: cum can
tico in cythara. Quia delectasti
me dñe in factura tua: et in operi-
bꝰ manuũ tuarũ exultabo. Quã
magnificata sunt opera tua dñe:
nimis profunde facte sunt cogita-
tiões tue. Vir insipiẽs nõ cogno-
scet: et stultus non intelliget hec.
Cum exorti fuerint pctõres sicut
fenũ: ⁊ apparuerint oẽs qui ope
rantur iniquitatẽ. Ut intereãt in
seculũ seculi: tu autẽ altissimus in
eternũ dñe. Quoniã ecce inimici
tui dñe quoniã ecce inimici tui pe-
ribunt: ⁊ dispergẽtur oẽs qui ope-
rãtur iniquitatẽ. Et exaltabitur
sicut vnicornis cornu meũ: ⁊ sene-
ctus mea ĩ misericordia vberi Et
despexit oculus meꝰ ĩimicos meos

et insurgẽtib⁹ in me malignantib⁹
audiet auris mea. Iustus vt pal
ma florebit: sicut cedr⁹ libani mul-
tiplicabit. Plantati in domo dñi:
in atrijs dom⁹ dei nostri florebũt.
Adhuc multiplicabuntur in sene
cta vberi: et bene patientes erunt
vt annunciẽt. Quoniam rectus
dominus deus noster: ꝛ nõ est ini-
quitas in eo. Psalmus. xcij.

Dominus regnauit decorẽ
indutus est: indutus est do
minus fortitudinem ꝛ precinxit se
Etenim firmauit orbẽ terre: qui
non cõmouebitur. Parata sedes
tua extunc: a seculo tu es. Eleua
uerunt flumina dñe: eleuauerunt
flumĩa vocẽ suã. Eleuauerũt flu
mina fluct⁹ suos: a vocib⁹ aquarꝫ

multarũ. Mirabiles elatiões ma
ris: mirabilis in altis dñs. Testi
monia tua credibilia facta sũt ni=
mis: domũ tuã decet sctitudo dñe
in lõgitudinẽ dierũ. Psalm⁹. xciij.
DEus vltionũ dñs: deus vl=
tionũ libere egit. Exalta=
re qui iudicas terrã: redde retribu
tionẽ superbis. Usqꝫquo peccato
res dñe: vsqꝫquo peccatores gl'ia=
buntur. Effabuntur et loquẽtur
iniquitatẽ: loquẽtur oẽs qui ope=
rant̃ iniusticiã. Populũ tuũ dñe
humiliauerũt: et hereditatẽ tuam
vexauerunt. Uiduam et aduenã
interfecerunt: et pupillos occide=
runt. Et dixerunt. non videbit do
minus: nec intelliget deus iacob.
Intelligite insipiẽtes in populo:

et stulti aliquando sapite. Qui
plantauit aurē non audiet: aut q
finxit oculū non considerat. Qui
corripit gentes nō arguet: qui do-
cet hominē scientiā. Dn̄s scit co-
gitationes hominū: quoniā vane
sunt. Beatus homo quem tu eru
dieris dn̄e: et de lege tua docueris
eum. Ut initiges eum a diebus
malis: donec fodiatur peccatori fo-
uea. Quia non repellet dn̄s plebē
suā: et hereditatē suā non dereliu-
quet. Quoadusq̧ iusticia cōuer-
tatur in iudiciū: et qui iuxta illam
oīnes qui recto sunt corde. Quis
cōsurget mihi aduersus malignā
tes: aut quis stabit mecum aduer
sus operantes iniquitatem. Nisi
quia dn̄s adiuuit me: paulominꝰ

habitasset in inferno anima mea
Si dicebā motus est pes meus:
misericordia tua dñe adiuuabat
me. Scdm multitudinē dolorum
meoꝝ in corde meo: consolationes
tue letificauerūt animam meam.
Nunquid adheret tibi sedes ini=
quitatis: qui fingis dolorē in pre=
cepto Captabūt in animā iusti: ⁊
sanguinē innocentē cōdemnabūt.
Et fact⁹ est mihi dñs in refugiū:
et deus me⁹ in adiutoriū spei mee.
Et reddet illis iniq̄tatē ipsorū. et
in malicia eoꝝ disꝑdet eos disꝑdet
illos dñs de⁹ noster. Psalm⁹ xciiii.
VEnite exultemus dño: iubi
lemus deo salutari nostro
Preoccupemus faciē eius in con
fessiōe: ⁊ in psalmis iubilemus ei.

Quoniam deus magnus dñs: et rex magnus super omnes deos. Quia in manu eius sunt oēs fines terre: et altitudines montium ipsius sunt. Qm̄ ipsius est mare et ipse fecit illud: et siccam manus eius formauerūt. Uenite adoremus et procidamus. et ploremus ante dñm qui fecit nos: quia ipse est dñs deus noster. Et nos populus pascue eius: et oues manus eius. Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. Sicut in irritatiōe: scd̄m diē temptatiōis in deserto. Ubi tēptauerunt me patres vestri: pbauerunt et viderūt opera mea. Quadraginta annis offēsus fui generationi illi: et dixi semp errāt corde. Et

isti nõ cognouerũt vias meas: vt iuraui in ira mea si intrabũt in requiẽ meã. an. Bñdict⁹ dñs in eternũ.

Cantate dño canticũ (ps. xcv nouũ: cãtate dño oĩs terra. Cantate dño et bñdicite nomini eius: annũciate de die ĩ diẽ salutare eius. Annũciate ĩter gẽtes gloriã eius: in oĩbus populis mirabilia eius. Qm̃ magnus dñs ⁊ laudabilis nimis: terribilis est super oẽs deos. Qm̃ oẽs dij gentiũ demonia: dñs autẽ celos fecit. Cõfessio ⁊ pulchritudo in cõspectu eius: sanctimonia ⁊ magnificentia in sctificatione eius. Afferte dño patrie gentiũ afferte dño gloriã ⁊ honorẽ: afferte dño gloriã nomini eius. Tollite hostias et introite

in atria eius: adorate dn̄m ī atrio
sancto eius. Commoueatur a facie
eius vniuersa terra: dicite in gen-
tibus quia dn̄s regnauit. Etenī
correxit orbē terre qui non cōmo-
uebitur: iudicabit populos ī equi-
tate. Letētur celi ⁊ exultet terra.
commoueatur mare et plenitudo
eius: gaudebūt campi ⁊ oīa que
in eis sunt. Tunc exultabūt oīa
ligna siluarū a facie dn̄i: q̇a venit.
qm̄ venit iudicare terrā. Iudica-
bit orbē terre in equitate: et popu-
los in veritate sua. Psalmus. xcvi

Dominus regnauit exultet
terra: letētur insule multe.
Nubes ⁊ caligo in circuitu eius:
iustitia ⁊ iudicium correctio sedis
eius. Ignis ante ipsum precedet

et inflāmabit in circuitu inimicos eius. Alluxerūt fulgura eius orbi terre: vidit et cōmota est terra. Mōtes sicut cera fluxerūt a facie dñi: a facie dñi oīs terra. Annunciauerunt celi iustitiā eius: et viderunt oēs populi gloriā eius. Cōfundantur oēs qui adorāt sculptilia: et qui gloriantur in simulachris suis. Adorate eum omnes angeli ei9: audiuit et letata est syō. Et exultauerunt filie iude: propter iudicia tua dñe. Quoniā tu dñs altissimus sup omnē terram: nimis exaltatus es super omnes deos. Qui diligitis dominū odite malū: custodit dñs animas sanctorum suorum de manu pctōris liberabit eos. Lux orta est iusto: et re=

ctis corde leticia. L etamini iusti
in dño: & cōfitemini memorie san=
ctificatiōis eius. G lia. añ. C an=
tate domino / et benedicite nomini eius.
¶ Sabbato. Psalmus. xcvij.
C Antate dño cāticum nouū:
quia mirabilia fecit. S al=
uauit sibi dextera eius: et brachiū
sanctū eius. N otū fecit dñs salu
tare suū: in cōspectu gentiū reuela
uit iustitiā suam R ecordatus est
misericordie sue et ỽitatis sue: do=
mui israel. V iderūt oēs termini
terre salutare dei nostri: iubilate
deo oīs terra. cantate & exultate &
psallite P sallite domino in cytha
ra in cythara & voce psalmi: in tu=
bis ductilibus & voce tube cornee.
I ubilate in conspectu regis dñi:

moueatur mare ⁊ plenitudo eius. orbis terrarũ ⁊ qui habitãt in eo. Flumina plaudẽt manus simul: montes exultabũt a cõspectu dñi quoniã venit iudicare terrã. Iudicabit orbẽ terrarũ in iusticia: et populos in eqtate. Psalmꝰ. xcviij.
Dominus regnauit irascãtur populi: qui sedes super cherubin moueatur terra. Dñs in syon magnus: et excelsus super oẽs populos. Cõfiteanť nomini tuo magno quoniã terribile ⁊ sanctũ est: et honor regis iudiciũ diligit. Tu parasti directiões: iudicium et iusticiã in iacob tu fecisti. Exaltate dñm deũ nostrũ: ⁊ adorate scabellũ pedũ eiꝰ qm̃ sctm̃ est. Moyses ⁊ aaron in sacerdotibus

eius: & samuel inter eos qui inuo-
cant nomen ei⁹. Inuocabāt dn̄m
et ipse exaudiebat eos: in colūna
nubis loquebatur ad eos. Custo
diebāt testimonia eius: & preceptū
quod dedit illis. Dn̄e deus noster
tu exaudiebas eos. deus tu propi-
cius fuisti eis: & ulciscens in oīnes
adinuētiōes eorū. Exaltate dn̄m
deū nostrū: & adorate in mōte san-
cto eius. quoniā sāctus dn̄s deus
noster. Gloria patri. An̄. Quonia
mirabilia fecit dn̄s. Psalmus. xcix.

Iubilate dn̄o oīnis terra ser-
uite dn̄o in leticia. Introi-
te in cōspectu eius: in exultatione.
Scitote quoniā dn̄s ipse est deus
ipse fecit nos et non ipsi nos. Po-
pulus eius & oues pascue eius in-

troite portas eius in confessione: atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomē eius quoniā suauis est dñs: i eternū misericordia eius. Et vsqȝ in generationē et generationē vitas eius. Psalmꝰ. C.

Misericordiā et iudiciū cantabo tibi dñe: psallā et intelligam in via immaculata quādo venies ad me. Perambulabā in innocētia cordis mei: in medio domus mee. Non proponebā ante oculos meos rem iniustā: facientes preuaricationes odiui. Non adhesit mihi cor prauū: declinantem a me malignū nō cognoscebā Detrahentē secreto proximo suo hunc psequebar. Superbo oculo et isatiabili corde: cū hoc nō edebā

Oculi mei ad fideles terre vt se=
deant mecũ: ambulans in via im-
maculata hic mihi ministrabat.
Non habitabit in medio domus
mee qui facit superbiã: qui loqtur
iniqua non direxit in cõspectu ocu
lorũ meorũ. In matutio interfi=
ciebã oẽs pctõres terre: vt disper=
derem de ciuitate dñi oẽs operan=
tes iniquitatẽ. Gloria. añ. Iubi
late deo omnis terra. Psalmus. q.

Domine exaudi orationem
meã: et clamor meus ad te
veniat. Non auertas faciẽ tuam
a me: in quacũqꝫ die tribulor incli=
na ad me aurẽ tuã. In quacunqꝫ
die inuocauero te: velociter exau=
di me. Quia defecerunt sicut fu=
mus dies mei: ⁊ ossa mea sicut cre

miū aruerunt. Percussus sum vt
fenū ꝛ aruit cor meū: quia oblitus
sum comedere panē meū. A voce
gemitus mei: adhesit os meū car-
ni mee. Similis factus sum pel-
licano solitudinis: factus sum si-
cut nocticorax in domicilio. Uigi
laui: ꝛ factus sum sicut passer soli
tarius in tecto. Tota die expro-
brabāt mihi inimici mei: ꝛ qui lau
dabant me aduersum me iurabāt
Quia cinerē tanq̄ panē mādu ca
bā: ꝛ potum meū cū fletu miscebā.
A facie ire et indignationis tue:
quia eleuans allisisti me. Dies
mei sicut vmbra declinauerunt: ꝛ
ego sicut fenum arui. Tu autem
domine in eternum permanes: et
memoriale tuum in generatiōe et

generationẽ. Tu exurgẽs miser=
beris syon: quia tempus miserẽdi
eius quia venit tempus. Quoniã
placuerũt seruis tuis lapides ei⁹:
et terre eius miserebuntur. Et ti=
mebũt gẽtes nomẽ tuũ dñe: ꝛ om=
nes reges terre gloriã tuã. Quia
edificauit dñs syon: ꝛ videbitur in
gloria sua. Respexit in orationẽ
humiliũ: ꝛ non spreuit precẽ eorũ.
Scribantur hec in generatiõe al
tera: ꝛ populus qui creabitur lau=
dabit dñm. Quia prospexit de ex
celso sctõ suo: dñs de celo in terrã
aspexit. Ut audiret gemitus cõ=
peditorum: vt solueret filios inte=
remptorũ. Ut annunciẽt in syon
nomen dñi: et laudẽ eius in hieru=
salem. In conueniendo populos

mundũ: ⁊ reges vt seruiãt dño. Re
spondit ei in via virtutis sue: pau-
citatem dierũ meoꝝ nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierũ
meoꝝ: in generatiõe ⁊ generatio-
nem anni tui. Initio tu dñe terrã
fundasti: ⁊ opera manuũ tuarum
sunt celi. Ipsi peribunt tu autem
permanes: ⁊ oĩes sicut vestimen-
tum veterascẽt. Et sicut operto-
rium mutabis eos ⁊ mutabũtur:
tu autẽ idẽ ipse es ⁊ anni tui nõ de-
ficient. Filij seruoꝝum tuoꝝum
habitabunt: et semen eoꝝum in se-
culum dirigetur. Psalmus.cij.
BEnedic aĩa mea dño: et oĩa
que intra me sunt nomini
sancto eius. Benedic anima mea
dño: ⁊ noli obliuisci oĩes retribu

tiones eius. Qui propiciatur oībus iniquitatibus tuis: qui sanat oēs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitā tuā: qui coronat te in misericordia & miserationibus. Qui replet in bonis desideriū tuū: renouabitur vt aquile iuuentus tua. Faciēs misericordias dn̄s: et iudiciū oībꝰ iniuriā patiētibꝰ. Notas fecit vias suas moysi: filijs israel volūtates suas Miserator & misericors dn̄s: longanimis & multū misericors. Nō in perpetuū irascetur: neq; in eternum cōminabitur. Nō scd̄m peccata nostra fecit nobis: neq; scd̄m iniq̄tates nostras retribuit nobis. Qm̄ scd̄m altitudinē celi a terra: corroborauit misericordiā suā su-

per timētes se Quantū distat or-
tus ab occidēte: lōge fecit a nobis
iniquitates nostras. Quomodo
miseret pater filiorū misertus est
dn̄s timētib⁹ se: quoniā ipse cogno
uit figmētū nostrū. Recordatus
est qm̄ puluis sumus: homo sicut
fenū dies eius tāq̄ flos agri sic ef-
florebit Quoniā spūs ptransibit
in illo et nō subsistet: ⁊ non cogno-
scet amplius locū suū Misericor-
dia aūt dn̄i ab eterno ⁊ vsq̄ in eter
num sup timētes eū. Et iustitia
illius in filios filiorū: his qui ser-
uant testamētū eius. Et memo-
res sunt mandatorꝝ ipsius: ad fa-
ciendū ea. Dominus in celo pa-
rauit sedē suā: ⁊ regnū ipsius om-
nibus dominabitur. Benedicite

dn̄o omnes angeli eius: potentes
virtute facientes verbū illius. ad
audiendā vocē sermonū eius. Be
nedicite dn̄o om̄es virtutes eius:
ministri eius qui facitis volunta-
tem eius. Bn̄dicite dn̄o oīa ope-
ra eius in om̄i loco dominationis
ei⁹: bn̄dic aīa mea dn̄o. Gl'ia. An̄.
Clamoꝛ me⁹ ad te veniat. Psalm⁹ ciij
BEnedic anima mea dn̄o: do
mie deus meus magnifica-
tus es vehementer. Cōfessionē ꝫ
decoꝛē induisti: amictus lumie si-
cut vestimēto. Extendens celum
sicut pellem: qui tegis aquis supe
rioꝛa eius Qui ponis nubem as-
censum tuū: qui ambulas sup pen
nas ventoꝛū. Qui facis angelos
tuos spiritus: et ministros tuos

ignem vꝛētē. Qui fundasti terrā
super stabilitatē suā: non inclina-
bitur in seculum seculi. Abyssus
sicut vestimentū amictus eius: su-
per mōtes stabūt aque. Ab incre
patiōe tua fugiēt: a voce tonitrui
tui foꝛmidabūt. Ascendunt mō-
tes ⁊ descendūt campi: in locū quē
fundasti eis. Terminū posuisti
quem nō transgrediētur: neqꝫ con-
uertent operire terrā. Qui emit-
tis fōtes in cōuallib⁹: inter mediū
mōtiū pertransibūt aque. Pota-
bunt omēs bestie agri: expectabūt
onagri in siti sua. Super ea volu
cres celi habitabunt: de medio pe-
trarū dabūt voces. Rigās mon-
tes de superioꝛib⁹ suis: de fructu
opeꝝ tuoꝝ satiabitur terra. Pro-

ducẽs fenũ iumẽtis: ⁊ herbã seru
tuti hominũ. Ut educas panem
de terra: ⁊ vinũ letificet cor homi
nis. Ut exhilaret faciẽ in oleo: et
panis cor hominis cõfirmet. Sa
turabũtur ligna cãpi. ⁊ cedri liba
ni quas plãtauit: illic passeres ni
dificabunt. Herodij domus dux
est eoꝝ: mõtes excelsi ceruis. petra
refugiũ herinacijs. Fecit lunam
in tempora: sol cognouit occasum
suũ. Posuisti tenebras ⁊ facta est
nox: in ipsa pertransibũt omẽs be
stie silue. Catuli leonũ rugiẽtes
vt rapiant: ⁊ querant a deo escam
sibi. Ortus est sol et congregati
sunt: ⁊ in cubilibꝰ suis collocabun
tur. Exibit homo ad opus suũ: et
ad operationẽ suã vsq; ad vesperã

Quam magnificata sunt opera tua dñe: omnia in sapiẽtia fecisti. impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnũ et spaciosum manibus: illic reptilia quorũ non est numerus. Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt. Draco iste quem formasti ad illudendũ ei: omĩa a te expectant vt des illis escã in tempore. Dãte te illis colligẽt: aperiẽte te manũ tuã. oĩa implebunt bonitate. Auertente aũt te faciẽ turbabunt: auferes spiritũ eorũ et deficient. Et in puluerẽ suũ reuertentur Emitte spiritũ tuũ et creabũtur: et renouabis faciẽ terre. Sit gloria dñi in seculum: letabitur dominus in operib⁹ suis. Qui respicit

terrã: & facit eam tremere: qui tan-
git mõtes & fumigant. Cantabo
dño in vita mea: psallã deo meo ꝗ̃-
diu sum. Iocundũ sit ei eloquiũ
meũ: ego vero delectabor in dño.
Deficiẽt peccatores a terra & ini-
qui ita vt non sint: benedic anima
mea domino. Psalmus. ciiij.
Confitemini dño & inuocate
nomẽ eius: annũciate inter
gentes opera eius. Cantate ei &
psallite ei: narrate oĩa mirabilia
eius. laudamini in nomine sancto
eius. Letetur cor querẽtiũ dñm:
querite dñm et cõfirmamini. que-
rite faciẽ eius semper. Memẽtote
mirabilium eius que fecit: ꝓdigia
eius et iudicia oris eius. Semen
abrahã serui eius filij iacob electi

eius. Ipse dn̄s de⁹ noster: in uni-
uersa terra iudicia eius. Memoꝛ
fuit in seculū testamenti sui: verbi
quod mādauit in mille generatio-
nes. Quod disposuit ad abꝛahā:
et iuramēti sui ad ysaac. Et sta-
tuit illud iacob in ꝓceptū: et israel
in testamentū eternū. Dicēs. tibi
dabo terrā chanaan: funiculū he-
reditatis vestre. Cum essent nu-
mero bꝛeui: paucissimi et incole ei
us. Et pertransierūt de gente in
gentē: ⁊ de regno ad populū alterꝝ.
Non reliquit hominē nocere eis:
et coꝛripuit pꝛo eis reges. Nolite
tangere chꝛistos meos: ⁊ in pphe-
tis meis nolite malignari. Et vo
cauit famem sup terrā: ⁊ omne fir
mamētum panis cōtriuit. Misit

ante eos virū: in seruū venundatus est ioseph. Humiliauerūt in cōpedibus pedes eius: ferrū pertransijt animā eius. donec veniret verbū eius. Eloquiū dn̄i inflammauit eum: misit rex ⁊ soluit eum princeps populorū et dimisit eum. Constituit eū dn̄m domus sue: ⁊ principē om̄is possessiōis sue. Ut erudiret pricipes eius sicut semetipsum: et senes eius prudentiā doceret. Et itrauit israel in egyptū: et iacob accola fuit in terra cham Et auxit populū suū vehemēter: et firmauit eū sup inimicos eius. Conuertit cor eorum vt odirent populum eius: et dolum facerent in seruos eius. Misit moysen seruum suū: aaron quē elegit ipsum.

Posuit in eis verba signoꝛũ suo-
rum: ⁊ pꝛodigioꝛũ in terra cham.
Misit tenebꝛas et obscurauit: et
non exacerbauit sermones suos.
Cõuertit aquas eoꝛũ in sangui-
nem: ⁊ occidit pisces eoꝛũ. Edidit
terra eoꝛũ ranas: in penetralibus
regũ ipsoꝛũ. Dixit et venit cyno-
mia: et cyniphes in oĩbus finibus
eoꝝ. Posuit pluuias eoꝝ grandi-
nem: ignem comburẽtem in terra
ipsoꝝ. Et percussit vineas eoꝛũ ⁊
ficulneas eoꝝ: et cõtriuit lignũ fi-
nium eoꝝ. Dixit ⁊ venit locusta:
et bꝛucus cuius nõ erat numerus
Et comedit omne fenum in terra
eoꝛum: et comedit omnem fructũ
terre eoꝝ. Et percussit omne pri-
mogenitũ in terra eoꝝ: pꝛimitias

om̄is laboris eorꝝ. Et eduxit eos
cum argēto & auro: & nō erat in tri
bubus eorum infirmus. Letata
ē egypt⁹ i pfectiōe eorꝝ qa icubuit ti
mor eorꝝ sup eos Expādit nubē in
ptectionē eorū: et ignem vt luce-
ret eis per noctem. Petierūt & ve
nit coturnix: & pane celi saturauit
eos. Dirupit petram & fluxerunt
aque: abierunt in sicco flumina.
Quoniā memor fuit verbi san-
cti sui: quod habuit ad abraham
puerū suū. Et eduxit populū suū
in exultatiōe: et electos suos in le-
titia. Et dedit illis regiones gen
tium: & labores populorū possede
runt. Ut custodiāt iustificatiōes
eius: et legē eius requirāt. Gla.
aū. Bn̄dic aia mea dn̄o. Psalm⁹. cv.

COnfitemini dn̄o quoniā bonus: quoniā in seculū misericordia eius. Quis loquetur potentias dn̄i: auditas faciet om̄es laudes eius. Beati qui custodiūt iudiciū: & faciunt iusticiā in omni tēpore. Memēto nostri dn̄e in bn̄placito populi tui: visita nos in salutari tuo. Ad videndū in bonitate electoꝝ tuoꝝ ad letandū in leticia gentis tue: vt lauderis cum hereditate tua. Peccauimus cū patribus nostris: iniuste egimus iniquitatē fecimus. Patres nostri i egypto non intellexerūt mirabilia tua: nō fuerūt memores multitudinis misericordie tue. Et irritauerunt ascendētes in mare rubrū: et saluauit eos propter nomē suū.

vt notũ faceret potẽtiam suã. Et increpuit mare rubrũ et exsiccatũ est: et deduxit eos in abyssis sicut in deserto. Et saluauit eos de manu odientiũ: et redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit. Et crediderunt in verbis eius: et laudauerũt laudem eius. Cito fecerũt obliti sunt operũ ei⁹ et non sustinuerũt consilium eius. Et cõcupierũt cõcupiscentiam in deserto: et temptauerũt deũ in inaquoso. Et dedit eis petitionẽ ipsorum: et misit saturitatẽ in aias eorũ. Et irritauerũt moysen in castris: aaron sanctũ dñi. Aperta est terra et deglutiuit dathã: et operuit super cõgregationẽ abyron.

Et exarsit ignis in synagoga eo-
rum: flamma cõbussit peccatores
Et fecerũt vitulũ in oreb: et ado-
rauerũt sculptile. Et mutauerũt
gloriã suam: in similitudinẽ vituli
comedẽtis fenũ. Obliti sunt deũ
qui saluauit eos: qui fecit magna
lia in egypto. mirabilia in terra
chã. terribilia in mari rubro. Et
dixit vt disperderet eos: si nõ moy-
ses electus eius stetisset in confra
ctione in cõspectu eius. Ut auer-
teret iram eius ne disperderet eos
et p nihilo habuerũt terrã deside-
rabilẽ. Nõ crediderũt v̾bo eius: &
murmurauerunt in tabernaculis
suis. non exaudierũt vocẽ dñi. Et
leuauit manũ suã sup eos: vt pro-
sterneret eos in deserto. Et vt de-

ijceret semē eorū in nationib⁹: ⁊ dis
pergeret eos in regionib⁹. Et ini-
tiati sūt beelphegor: et comederūt
sacrificia mortuorū. Et irritaue-
runt eum in adinuētiōibus suis:
⁊ multiplicata est in eis ruina Et
stetit phinees ⁊ placauit: ⁊ cessauit
quassatio Et reputatū est ei ad
iustitiā: in generatiōe ⁊ generatio
nem vsq₃ in sempiternū. Et irrita
uerunt eum ad aquas cōtradictio
nis: ⁊ vexatus est moyses propter
eos. quia exacerbauerūt spiritum
eius. Et distinxit in labijs suis:
nō disperdiderūt gētes quas dixit
dn̄s illis. Et commixti sunt inter
gentes. ⁊ didicerunt opera eorum
et seruierūt sculptilibus eorum: et
factum est illis in scandalum. Et

immolauerūt filios suos: ⁊ filias suas demonijs. Et effuderūt sanguinē innocentē: sanguinē filiorū suorū ⁊ filiarū suarū quas sacrificauerūt sculptilibus chanaā. Et interfecta est terra in sanguinibꝰ. et cōtaminata est in operibꝰ eorū: et fornicati sunt in adinuētionibꝰ suis. Et iratus est furore dominꝰ in populū suū: et abominatus est hereditatē suam. Et tradidit eos in manus gentiū: ⁊ dñati sunt eorum qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorū. et humiliati sunt sub manibꝰ eorū: sepe liberauit eos. Ipsi autē exacerbauerunt eum in cōsilio suo: et humiliati sunt in iniquitatibꝰ suis. Et vidit cum tribularētur: ⁊ au-

diuit orationem eoꝝ. Et memoꝛ
fuit testamēti sui: et penituit eum
secundū multitudinē misericoꝛdie
sue Et dedit eos ī misericoꝛdias:
in cōspectu omnium qui ceperant
eos Saluos fac nos domie deus
noster: et congrega nos de natio-
nibus. Ut confiteamur nomini
sancto tuo: et gloꝛiemur in laude
tua. Benedictus dn̄s deus israel
a seculo et vsqꝫ in seculum: et dicet
oīs populus fiat fiat. Psalm⁹ cvi.
CONfitemini dn̄o quoniā bo-
nus: quoniā in seculū mise-
ricoꝛdia eius. Dicāt qui redem-
pti sunt a domīo. quos redemit de
manu inimici: de regionibus con-
gregauit eos. A solis oꝛtu ⁊ occa-
su: ab aquilone ⁊ mari. Errauer-

runt in solitudie in inaquoso: viā
ciuitatis habitaculi nō inuenerūt
Esurientes ꝫ sitiētes: anima eo=
rum in ipsis defecit. Et clamaue
runt ad dñm cum tribularentur:
ꝫ de necessitatibus eorum eripuit
eos. Et deduxit eos in viam re=
ctam: vt irent in ciuitatē habita=
tionis. Cōfiteantur dño miseri=
cordie eius: ꝫ mirabilia eius filijs
hominū Quia satiauit aīam in=
anē: ꝫ aīam esurientē satiauit bo=
nis Sedētes in tenebris ꝫ vmbra
mortis: vinctos in mendicitate et
ferro. Quia exacerbauerūt elo=
qa dei: ꝫ cōsiliū altissimi. irritaue=
rūt. Et humiliatū est in laboribꝰ
cor eoꝝ: ꝫ infirmati sunt nec fuit q̄
adiuuaret. Et clamauerūt ad do

minū cū tribularēt: & de necessitati
bus eorū liberauit eos. Et eduxit
eos de tenebris & umbra mortis: &
vincula eorꝝ dirupit. Confiteant
dño misericordie eius: & mirabilia
eius filijs hominū. Quia contri-
uit portas ereas: & vectes ferreos
cōfregit. Suscepit eos de via ini-
quitatis eorū: propter iniusticias
enim suas humiliati sunt. Omnē
escā abominata est anima eorū: &
appropinquauerūt vsqꝫ ad portas
mortis. Et clamauerūt ad dñm
cum tribularētur: & de necessitati-
bus eorꝝ liberauit eos. Misit ver-
bum suū et sanauit eos: et eripuit
eos de interitionibus eorū. Cōfi
teantur dño misericordie eius: et
mirabilia eius filijs hominū. Et

sacrificēt sacrificiũ laudis: et an=
nuncient opera eius in exultatiõe
Qui descendũt mare in nauib⁹:
faciētes operationē in aquis mul
tis. Ipsi viderũt opera dñi: ⁊ mi=
rabilia eius in profundo Dixit ⁊
stetit spiritus procelle: et exaltati
sunt fluctus eius. Ascendũt vsq;
ad celos et descendũt vsq; ad abys=
sos: anima eorũ in malis tabesce=
bat. Turbati sunt ⁊ moti sunt si=
cut ebrius: ⁊ omĩs sapiētia eoꝝ de
uorata est. Et clamauerũt ad do
minũ cum tribularētur: ⁊ de neces
sitatibus eoꝝ eduxit eos. Et sta=
tuit procellã eius in aurã: et silue=
runt fluctus eius. Et letati sunt
quia siluerũt: ⁊ deduxit eos in por
tum volũtatis eoꝝ. Cõfiteantur

dn̄o misericordie ei⁹: et mirabilia
eius filijs hominum. Et exaltēt
eum in ecclesia plebis: et in cathe-
dra seniorū laudent eum. Posuit
flumina in desertū: et exitus aqua-
rum in sitim. Terram fructiferā
in salsuginē: a malicia inhabitan-
tium in ea. Posuit desertū in sta-
gna aquarū: et terram sine aqua
in exitus aquarū. Et collocauit
illic esurientes: et constituerunt ci-
uitatem habitationis. Et semi-
nauerunt agros. et plantauerunt
vineas: et fecerunt fructum nati-
uitatis. Et bn̄dixit eis et multi-
plicati sunt nimis: et iumēta eorū
nō minorauit. Et pauci facti sūt
et vexati sunt a tribulatiōe maloꝝ
et doloꝛe. Effusa est cōtentio sup

principes: et errare fecit eos in inuio ⁊ non in via. Et adiuuit pauperē de inopia: ⁊ posuit sicut oues familias. Uidebunt recti et letabuntur: ⁊ omnis iniquitas opilabit os suum. Quis sapiens ⁊ custodiet hec: et intelliget misericordias dñi. Gloria patri. añ. Uisita nos dñe in salutari tuo. Psalmus cviii

Paratū cor meū deus paratum cor meū: cātabo ⁊ psallam in gloria mea. Exurge psalteriū et cythara: exurgā diluculo. Cōfitebor tibi in populis dñe: et psallā tibi in nationibus. Quia magna super celos misericordia tua: et vsq ad nubes veritas tua. Exaltare sup celos deus. ⁊ super omnē terrā gloria tua: vt liberent

dilecti tui Saluū fac dextera tua
et exaudi me: deus locutus est in
sancto suo. Exultabo ⁊ diuidam
siccimā: et cōuallē tabernaculoꝝ
dimetiar. Meꝰ est galaad. et meꝰ
est manasses: ⁊ effrayin susceptio
capitis mei Iuda rex meus: mo-
ab lebes spei mee. In idumeā ex-
tendā calciamentū meū: mihi alie
nigene amici facti sunt. Quis de
ducet me in ciuitatē munitā: quis
deducet me vsqꝫ in idumeā. Nōne
tu deus qui repulisti nos: ⁊ nō exi-
bis deus in virtutibꝰ nostris. Da
nobis auxiliū de tribulatione: qa
vana salus hominis. In deo fa-
ciemꝰ virtutē: ⁊ ipse ad nihilū dedu
cet iimicos nr̄os. ps. cviij.
DEus laudē meā ne tacue-

ris: quia os peccatoris ꝛ os dolosi
super me apertũ est. Locuti sunt
aduersum me lingua dolosa: ꝛ ser
monibus odij circundederũt me. ꝛ
expugnauerũt me gratis Pro eo
vt me diligerẽt detrahebant mihi:
ego autẽ orabã. Et posuerũt ad-
uersũ me mala pro bonis: et odiũ
pro dilectiõe mea. Cõstitue super
eum peccatorem: ꝛ diabolus stet a
dextris eius. Cũ iudicatur exeat
cõdemnatus: ꝛ oratio eius fiat in
peccatũ. Fiant dies eius pauci:
et episcopatũ eius accipiat alter.
Fiant filij eius orphani: et vxor
eius vidua. Nutãtes transferan
tur filij eius et mẽdicẽt: eijciantur
de habitationibꝰ suis Scrutetur
fenerator omnẽ substantiã eius:

et diripiant alieni labores eius.
Nō sit illi adiutor: nec sit qui mi-
sereatur pupillis eius. Fiāt nati
eius in interitū: in generatiōe vna
deleatur nomen eius. In memo-
riam redeat iniquitas patrū eius
in conspectu dn̄i: ⁊ peccatū matris
eius non deleatur. Fiant contra
dn̄m semper: et dispereat de terra
memoria eorū. pro eo quod nō est
recordatus facere misericordiam
Et persecutus est hominē inopē ⁊
mendicum: et compunctum corde
mortificare. Et dilexit maledi-
ctionē et veniet ei: ⁊ noluit benedi-
ctionem ⁊ elongabitur ab eo. Et
induit maledictionē sicut vestimē-
tum: ⁊ intrauit sicut aqua in inte-
riora eiꝰ. ⁊ sicut oleū in ossibꝰ eius

Fiat ei sicut vestimentū quo ope
ritur: et sicut zona qua semꝑ pre=
cingitur. Hoc opus eorū qui de=
trahunt mihi apud dn̄m: ⁊ qui lo=
quunt mala aduersus aīam meā
Et tu dn̄e dn̄e fac mecū ꝓpter no
men tuum: quia suauis est miseri
cordia tua. Libera me quia ege=
nus et pauper ego sum: et cor meū
cōturbatum est intra me. Sicut
vmbra cum declinat ablatus sum
et excussus sum sicut locuste. Ge=
nua mea īfirmata sunt a ieiunio:
⁊ caro mea īmutata est ꝓpter oleū
Et ego fact⁹ sum obprobriū illis
viderūt me ⁊ mouerūt capita sua.
Adiuua me dn̄e deus meus: sal=
uū me fac scd̄m misericordiā tuā.
Et sciēt q̄a man⁹ tua hec: ⁊ tu dn̄e

fecisti eam. Maledicẽt illi ⁊ tu benedices: qui insurgunt in me cõfundantur. seruus autẽ tuus letabitur. Induantur qui detrahunt mihi pudore: et operiãtur sicut diploide confusione sua. Cõfitebor dño nimis in ore meo: et in medio multorꝝ laudabo eum. Qui astitit a dextris pauperis: vt saluam faceret a persequẽtibus animam meã. Gloria patri. Sicut erat. añ.
Confitebor domino nimis in ore meo.
Dñica die Ad vesp. Psalm⁹. cix.
Dixit dñs domino meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos: scabellũ pedũ tuorũ. Uirgã virtutis tue emittet dñs ex syon: domiare in medio inimicorũ tuorũ. Tecũ principiũ

in die virtutis tue in splendoribus
sanctorũ: ex vtero ante luciferũ ge
nui te. Iurauit dñs ⁊ non penite=
bit eum: tu es sacerdos in eternũ
scdm ordinẽ melchisedech. Dñs
a dextris tuis: confregit in die ire
sue reges. Iudicabit in nationi=
bus implebit ruinas: cõquassabit
capita in terra multorũ. De tor=
rente in via bibit propterea exalta
uit caput. Gl'ia. añ. Sede a dextris
meis: dixit dñs dño meo. Psalmus.cx.
Confitebor tibi domie i toto
corde meo: in cõsilio iustorũ
et cõgregatiõe. Magna opera do
mini: exquisita in oẽs volunta=
tes eius Cõfessio ⁊ magnificẽtia
opus eius: et iustitia eius manet
in seculũ seculi. Memoriam fecit

mirabiliũ suorũ: misericors & mi-
serator dñs. escam dedit timenti-
bus se. Memor erit in seculum te-
stamẽti sui: virtutẽ operũ suorum
annunciabit populo suo. Ut det
illis hereditatẽ gentiũ: opera ma-
nuũ eius veritas & iudiciũ. Fide-
lia omnia mãdata eius: cõfirma-
ta in seculũ seculi. facta in verita-
te & equitate. Redemptionẽ misit
populo suo: mãdauit in eternũ te-
stamentũ suũ. Sanctũ & terribile
nomen eius: initiũ sapiẽtie timor
dñi. Intellectus bonus omnibus
facientib⁹ eum: laudatio eius ma-
net in seculum seculi. Gloria. añ.
Fidelia oia mandata eius: confirmata
in seculũ seculi. Psalmus. cxi.
Beatus vir qui timet dñm:

in mãdatis eius volet nimis. Po
tens in terra erit semen eius: gene
ratio rectorꝝ benedicetur. Gloria
et diuitie in domo eius: et iustitia
eius manet in seculũ seculi. Exor
tum est in tenebris lumen rectis:
misericors et miserator et iustus.
Iocundus homo qui miseretur
et commodat. disponit sermones
suos in iudicio: quia in eternũ nõ
cõmouebitur. In memoria eter-
na erit iustus: ab auditione mala
non timebit. Paratũ cor eius spe
rare in dño: cõfirmatũ est cor eius
nõ cõmouebit. donec despiciat ini-
micos suos. Dispsit dedit paupe
rib⁹: iustitia eius manet in seculũ
seculi. cornu eius exaltabit in glo
ria. Peccator videbit et irascetur

dētibus suis fremet & tabescet: desideriū pctōꝝ peribit. Gloria. añ.
In mādatis eius volet nimis. ps. cxij.
LAudate pueri dñm: laudate nomē dñi. Sit nomē dñi bñdictum: ex hoc nunc & vsqꝫ in seculum. A solis ortu vsqꝫ ad occasum: laudabile nomē dñi. Excelsus super oēs gētes dñs: & super celos gloria eius Quis sicut dñs deus noster: q̄ in altis habitat humilia respicit in celo & i terra. Suscitans a terra inopē: & de stercore erigens pauperē. Ut collocet eū cum principib⁹: cum principibus populi sui Qui habitare facit sterilem in domo: matrē filioꝝ letantem. Gloria patri. añ. Sit nomen dñi bñdictū in secula. Psalmus. cxiij.

In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro. Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius. Mare vidit et fugit: iordanis conuersus est retrorsum. Montes exultauerunt vt arietes: & colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare quod fugisti: et tu iordanis quia cõuersus es retrorsum. Montes exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ouiũ. A facie dñi mota est terra: a facie dei iacob. Qui conuertit petrã in stagna aquarũ: et rupẽ in fontes aquarũ. Non nobis dñe non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua & veritate tua: nequãdo dicãt gẽtes vbi est deus eorũ. Deus aũt

noster in celo: omnia quecunque vo-
luit fecit. Simulachra gentium ar-
gentum et aurum: opera manuum ho-
minum. Os habent et non loquentur:
oculos habent et non videbunt.
Aures habent et non audient: nares
habent et non odorabunt. Manus ha-
bent et non palpabunt: pedes habent et
non ambulabunt. non clamabunt
in gutture suo. Similes illis fiant
qui faciunt ea: et omnes qui confi-
dunt in eis. Domus israel spera-
uit in domino: adiutor eorum et prote-
ctor eorum est. Domus aaron spera-
uit in domino: adiutor eorum et protector
eorum est. Qui timent dominum sperave-
runt in domino: adiutor eorum et prote-
ctor eorum est. Dominus memor fuit no-
stri: et benedixit nobis. Benedixit

domui israel: benedixit domui aaron. Benedixit omnibus qui timent dominum: pusillis cum maioribus. Adijciat dominus super vos: super vos et super filios vestros. Benedicti vos a domino: qui fecit celum et terram. Celum celi domino: terram autem dedit filijs hominum. Non mortui laudabunt te domine: neque omnes qui descendunt in infernum. Sed nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc et usque in seculum. Gloria patri. Añ. Nos qui viuimus benedicimus domino.

¶ Feria ij. Ad vesp. Psalmus. cxiiij.

Dilexi quoniam exaudiet dominus vocem orationis mee. Quia inclinauit aurem suam michi: et in diebus meis inuocabo. Circum-

dederunt me dolores mortis: ⁊ pe-
ricula inferni inuenerūt me. Tri-
bulationē ⁊ dolorem inueni: ⁊ no-
men dn̄i inuocaui. O dn̄e libera
animā meā: misericors dn̄s et iu-
stus. ⁊ deus noster miseretur. Cu-
stodiens paruulos dn̄s: humilia-
tus sum ⁊ liberauit me. Conuer-
tere anima mea in requiē tuā: q̄a
dn̄s benefecit tibi. Quia eripuit
aīam meā de morte: oculos meos
a lachrymis. pedes meos a lapsu.
Placebo dn̄o: in regiōe viuorum.
Gloria patri. Sicut. an̄. Incli-
nauit dn̄s aurē suā mihi. Psalm⁹. cxv.

CRedidi ꝓpter quod locutus
sum: ego autē humiliatus
sum nimis. Ego dixi in excessu
meo: omnis homo mēdax. Quid.

retribuã dño: pro omnib9 que retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam: & nomen dñi inuocabo. Uota mea dño reddã corã omni populo eius: preciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius. O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus & filius ancille tue. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. & nomen dñi inuocabo. Uota mea dño reddã in conspectu omis populi eius: in atrijs domus dñi in medio tui hierusalẽ Gloria patri. Añ. Credidi propter quod locutus sum. Psalmus.cxvj.

LAudate dñm omnes gẽtes laudate eum omnes populi. Quoniam cõfirmata est super nos misericordia eius: et veritas

dñi manet in eternũ. Gloria. Añ.
Laudate dñm oĩes gẽtes. ps. cxvij.
Confitemini dño quoniã bonus: quoniã in seculũ misericordia eius. Dicat nunc israel quoniã bonus: quoniã in seculum misericordia eius. Dicat nũc domus aaron: quoniã in seculũ misericordia eius. Dicant nunc qui timẽt dñm: quoniã in seculũ misericordia eius. De tribulatiõe inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit me in latitudine dñs. Dñs mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi homo. Dñs mihi adiutor: et ego despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in domino: q̃ꝫ confidere in homine. Bonum est sperare in domino: q̃ꝫ sperare in principibus.

Omnes gentes circuierūt me: et
innomīe domini q̄a vltus sum in
eos. Circundātes circundederūt
me: ⁊ in nomīe dn̄i quia vltus sum
in eos. Circundederunt me sicut
apes. ⁊ exarserūt sicut ignis in spi
nis: ⁊ i nomīe dn̄i quia vltus sum
in eos. Impulsus euersus sum
vt caderē: ⁊ dn̄s suscepit me. For
titudo mea ⁊ laus mea dominus:
et factus est mihi in salutē. Vox
exultationis et salutis: in taber=
naculis iustorum. Dextera do=
mini fecit virtutē dextera domini
exaltauit me: dextera domini fecit
virtutē. Non moriar sed viuam:
et narrabo opera dn̄i. Castigās
castigauit me dominꝰ: ⁊ morti nō
tradidit me. Aperite mihi portas

iustitie ⁊ ingressus in eas confite-
boꝛ dño: hec poꝛta dñi iusti intra-
bunt in eam. Cõfiteboꝛ tibi quo-
niã exaudisti me: ⁊ factus es mihi
in salutẽ. Lapidẽ quem repꝛoba-
uerunt edificantes: hic factus est
in caput anguli. A dño factũ est
istud: et est mirabile in oculis no-
stris. Hec est dies quã fecit dñs:
exultemus ⁊ letemur in ea. O dñe
saluũ me fac. o dñe bene pꝛospera-
re: benedictus qui venit in nomine
dñi. Bñdiximus vobis de domo
dñi: deus dñs ⁊ illuxit nobis. Cõ-
stituite diem solemnẽ in cõdensis:
vsqꝫ ad coꝛnu altaris. Deus meꝰ
es tu ⁊ confiteboꝛ tibi: deus meus
es tu ⁊ exaltabo te. Cõfiteboꝛ tibi
quoniã exaudisti me: et factus es

mihi in salutem. Confitemini do
mio quoniã bon⁹: quoniã i seculũ
misericordia eius. Psalm⁹.cxviij.
BEati immaculati i via: qui
ambulant in lege domini.
Beati qui scrutãtur testimonia
eius: in toto corde exquirunt eum
Non enim qui operantur iniqui
tatem: in vijs eius ambulauerũt.
Tu mandasti: mandata tua cu=
stodiri nimis. Utinam dirigan=
tur vie mee: ad custodiẽdas iustifi
cationes tuas. Tunc non cõfun=
dar: cum perspexero in omnibus
mandatis tuis. Cõfitebor tibi in
directiõe cordis: in eo quod didici
iudicia iustitie tue. Iustificatio=
nes tuas custodiã: non me derelin
quas vsquequaq;. In quo corrigit

adolescẽtior viã suã: in custodien-
do sermones tuos. In toto corde
meo exquisiui te: ne repellas me a
mandatis tuis In corde meo ab-
scondi eloquia tua: vt non peccem
tibi. Bñdictus es dñe: doce me iu-
stificatiões tuas In labiis meis
pronunciaui: omnia iudicia oris
tui. In via testimonioꝝ tuorũ de-
lectatus sum: sicut in oĩbꝰ diuitiis
In mandatis tuis exercebor: et
considerabo vias tuas. In iusti-
ficationibus tuis meditabor: non
obliuiscar sermones tuos.

Retribue seruo tuo: viuifica
me ⁊ custodiã sermões tuos
Reuela oculos meos: ⁊ cõsidera-
bo mirabilia de lege tua. Incola
ego sũ in terra: nõ abscõdas a me

mãdata tua. Concupiuit anima
mea desiderare iustificatiões tu-
as: in omni tẽpore. Increpasti su
perbos: maledicti qui declinant a
mãdatis tuis. Aufer a me oppro
briũ et cõtemptũ: quia testimonia
tua exquisiui. Etenim sederũt prin
cipes et aduersum me loquebãtur
seruus autẽ tuus exercebat in iu-
stificationibus tuis. Nam et testi
monia tua meditatio mea est: et cõ
siliũ meũ iustificatiões tue. Ad-
hesit pauimẽto aĩa mea: viuifica
me scdm verbũ tuũ. Uias meas
enũciaui et exaudisti me: doce me
iustificatiões tuas. Uiã iustifica
tionũ tuarũ instrue me: et exerce-
bor in mirabilibus tuis. Dormi
tauit aĩa mea pre tedio: confirma

me in verbis tuis. Viam iniqui
tatis amoue a me: et de lege tua
miserere mei. Viā veritatis ele
gi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhesi testimonijs tuis dn̄e: no
li me cōfundere. Viam manda
toꝝ ū tuoꝝ cucurri: cū dilatasti coꝛ
meū. Gl'ia. ¶ In dn̄icis dieb'. an̄.
Dn̄s regit me ⁊ nihil mihi deerit: i loco
pascue ibi me collocauit. In ferijs. an̄.
Deus exaudi oꝛationem meam aurib'
percipe verba oꝛis mei. In ferijs p ad
uentū. An̄. Veni et libera nos deus
noster. ¶ Ad Tertiam. Psalmus.
Legē pone mihi dn̄e viā iu
stificationū tuarū: ⁊ exqui
ram eam semꝑ. Da mihi intelle
ctum ⁊ scrutaboꝛ legē tuā: ⁊ custo
diā illā in toto coꝛde meo. Dedu

me in semita mandatoꝝ tuoꝝ: q̄a
ipsam volui. Inclina coꝛ meum
in testimonia tua: ⁊ non in auari-
ciam. Auerte oculos meos ne vi-
deant vanitatē: in via tua viuifi-
ca me. Statue seruo tuo eloquiū
tuū: in timoꝛe tuo. Amputa ob-
pꝛobꝛium meum quod suspicatus
sum: q̄a iudicia tua iocūda. Ecce
cōcupiui mādata tua: in equitate
tua viuifica me. Et veniat super
me misericoꝛdia tua dn̄e: salutare
tuū scd̄m eloquiū tuū. Et respon
debo expꝛobꝛantibus mihi verbū:
quia speraui in sermonibus tuis.
Et ne auferas de oꝛe meo verbū
veritatis vsqꝫquaqꝫ: quia in iudi-
cijs tuis supersperaui. Et custo-
diam legem tuam semꝑ: in seculū

et in seculũ seculi. Et ambulabã
in latitudĩe: quia mãdata tua ex-
quisiui. Et loquebar in testimo-
nijs tuis in cõspectu regũ: ꝛ nõ cõ-
fũdebar. Et meditabor in mãda-
tis tuis: que dilexi. Et leuaui ma-
nꝰ meas ad mãdata tua q̃ dilexi: ꝛ
exercebor in iustificationibꝰ tuis.
Memor esto verbi tui seruo
tuo: in quo mihi spem dedi
sti. Hec me cõsolata est in humili
tate meã: quia eloquiũ tuũ viuifi-
cauit me. Supbi inique agebant
vsqꝫquaqꝫ: a lege autem tua nõ de
clinaui. Memor fui iudicioꝝ tuo-
rũ a seculo dñe: ꝛ consolatus sum.
Defectio tenuit me: pro peccato-
ribus derelinquentibꝰ legem tuã.
Cantabiles mihi erant iustifica

nones tue: in loco peregrinatiõis
mee. Memor fui nocte nominis
tui dñe: ⁊ custodiui legẽ tuã. Hec
facta est mihi: quia iustificatiões
tuas exquisiui. Portio mea dñe:
dixi custodire legem tuam. De-
precatus sum faciem tuam in to-
to corde meo: miserere mei secun-
dum eloquiũ tuũ. Cogitaui vias
meas: ⁊ cõuerti pedes meos in te-
stimonia tua. Paratus sum ⁊ nõ
sum turbat⁹: vt custodiã mãdata
tua. Funes peccatorũ circũplexi
sunt me: ⁊ legẽ tuã nõ sum oblitus
Media nocte surgebã ad cõfiten-
dum tibi: sup iudicia iustificatio-
nis tue. Particeps ego sum om-
nium timentiũ te: et custodientiũ
mandata tua. Misericordia tua

domine plena est terra: iustifica-
tiones tuas doce me.
BOnitatem fecisti cum seruo
tuo dñe: scdm verbũ tuum.
Bonitatẽ et disciplinã et scientiã
doce me: quia in mãdatis tuis cre-
didi. Priusq̃ humiliarer ego deli-
qui: propterea eloquiũ tuũ custo-
diui. Bonus es tu: et in bonitate
tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est super me iniqui-
tas superbor: ego aũt in toto cor-
de scrutabor mãdata tua. Coa-
gulatũ est sicut lac cor eorum: ego
vero legem tuam meditatus sum.
Bonũ mihi quia humiliasti me:
vt discã iustificatiões tuas. Bo-
num mihi lex oris tui: super milia
auri et argẽti. Manus tue fecerũt

me ⁊ plasmauerūt me: da mihi intellectum vt discam mādata tua. Qui timēt te videbūt me et letabuntur: quia in verba tua supsperaui. Cognoui dñe quia equitas iudicia tua: et in veritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua vt cōsoletur me: scd̄m eloquiū tuū seruo tuo. Veniāt mihi miseratiōes tue ⁊ viuam: quia lex tua meditatio mea est. Confundant superbi quia iniuste iniquitatē fecerunt in me: ego aūt exercebor in mādatis tuis. Cōuertātur mihi timētes te: ⁊ qui nouerūt testimonia tua. Fiat cor meū immaculatū in iustificationib⁹ tuis: vt nō cōfundar. Gloria patri. Sicut.
¶ In dñicis. añ. Laus et perennis

gloria deo patri & filio: sctō simul paracli-
to in secula seculorū. ¶ In ferijs. Añ.
Ueniant mihi dñe miserationes tue et
viuā. ¶ In ferijs per aduentū. Añ.
Tuā dñe excita potentiā et veni ad sal-
uandū nos. ¶ Ad sextā. Psalmus.
Defecit in salutare tuū aīa
mea: & in verbū tuū supspe-
raui. Defecerūt oculi mei in elo-
quiū tuū: dicētes quādo cōsolabe-
ris me. Quia factus sum sicut
vter in pruina: iustificatiōes tuas
nō sum oblitus. Quot sunt dies
serui tui: quando facies de perse-
quentibus me iudiciū. Narraue-
runt mihi iniqui fabulatiōes: sed
non vt lex tua. Omnia manda-
ta tua veritas: iniq̄ persecuti sunt
me adiuua me. Paulominus cō-

summauerūt me in terra: ego aūt
non dereliqui mandata tua. Se-
cundum misericordiā tuam viui-
fica me: et custodiam testimonia
oris tui. In eternū domine ver-
bum tuum permanet in celo. In
generatiōe et generationē veritas
tua: fundasti terram et permanet.
Ordinatiōe tua perseuerat dies:
quoniā omnia seruiūt tibi. Nisi
q lex tua meditatio mea est: tunc
forte perissem in humilitate mea.
In eternū non obliuiscar iustifi-
cationes tuas: quia in ipsis viui-
ficasti me. Tuus sum ego saluū
me fac: quoniā iustificatiōes tuas
exq̄siui Me expectauerūt petōres
vt perderēt me: testimonia tua in-
tellexi. Omis cōsummatiōis vidi

finem: latum mādatū tuū nimis.
Quomodo dilexi legē tuam domine: tota die meditatio mea est. Sup inimicos meos prudentē me fecisti mādato tuo: quia in eternū mihi est. Super omnes docētes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Sup senes intellexi: quia mandata tua quesiui. Ab omī via mala prohibui pedes meos: vt custodiā v̄ba tua. A iudicijs tuis nō declinaui: quia tu legē posuisti mihi. Quā dulcia faucib⁹ meis eloquia tua: super mel ori meo. A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis. Lucerna pedibus meis verbum tuum: ꝛ lumen semitis meis. Iuraui ꝛ sta-

tui: custodire iudicia iustitie tue.
Humiliatus sum vsqꝫquaqꝫ: dñe
viuifica me scdm verbū tuū. Uo-
luntaria oris mei beneplacita fac
dñe: et iudicia tua doce me. Aia
mea in manib⁹ meis semꝑ: et legē
tuam nō sum oblitus. Posuerūt
peccatores laqueū mihi: ⁊ de man
datis tuis nō erraui. Hereditate
adqsiui testimonia tua in eternū:
qa exultatio cordis mei sunt. In-
clinaui cor meum ad faciēdas iu-
stificatiōes tuas in eternum: pro-
pter retributionem.

INiquos odio habui: et legē
tuā dilexi. Adiutor ⁊ susce-
ptor meus es tu: et in verbū tuum
supersperaui. Decliate a me ma
ligni: ⁊ scrutabor mādata dei mei

Suscipe me scd'm eloquiū tuū et
viuā: ⁊ non cōfundas me ab expe-
ctatione mea. Adiuua me et sal-
uus ero: et meditabor in iustifica-
tionibus tuis semper. Spreuisti
omnes discedētes a iudicijs tuis:
quia iniusta cogitatio eorū. Pre-
uaricantes reputaui omnes pec-
catores terre: ideo dilexi testimo-
nia tua. Confige timore tuo car-
nes meas: a iudicijs enim tuis ti-
mui. Feci iudiciū et iustitiā: non
tradas me calumniantibus me.
Suscipe seruū tuum in bonū: nō
calūnientur me supbi. Oculi mei
defecerūt in salutare tuū: et in elo-
quiū iustitie tue. Fac cum seruo
tuo scd'm misericordiā tuā: ⁊ iusti-
ficatiōes tuas doce me. Seruus

tuus sum ego: da michi intellectũ vt sciã testimonia tua. Tẽpus faciendi dñe: dissipauerũt legẽ tuã. Ideo dilexi mandata tua: super aurum et topaziõ. Propterea ad oia mãdata tua dirigebar: omnẽ viã iiquam odio habui. Gloria.

In dñicis. añ. Gloria laudis resonet in ore omniũ: patri genitecꝫ proli spiritui sancto pariter resultet/ laude perenni.

In ferijs. añ. Non confundas me dñe ab expectatiõe mea. In aduẽtu. Añ. In tuo aduentu erue nos domine.

Ad Nonam. Psalmus.

Mirabilia testimõia tua domine: ideo scrutata ẽ ea aia mea. Declaratio sermonũ tuorum illuminat: ⁊ itellectũ dat paruulis. Os meũ aperui ⁊ attraxi spiritũ:

quia mandata tua desiderabam.
Aspice in me et miserere mei: se-
cundum iudiciū diligentiū nomen
tuū. Gressus meos dirige secūdū
eloquiū tuū: & non dominetur mei
omnis iniustitia. Redime me a
calumnijs hominū: vt custodiam
mandata tua. Faciē tuā illumina
super seruū tuū: & doce me iustifi-
catiōes tuas. Exitus aquarū de-
duxerunt oculi mei: quia nō custo
dierunt legē tuā. Iustus es dn̄e:
et rectū iudiciū tuū. Mandasti iu
stitiam testimonia tua: & veritatē
tuam nimis. Tabescere me fecit
zelus meus: q̄a obliti sunt verba
tua inimici mei. Ignitū eloquiū
tuū vehementer: & seruus tuus di-
lexit illud. Adolescētulꝰ sum ego

et cõtemptus: iustificatiões tuas non sum oblitus. Iustitia tua iustitia in eternũ: et lex tua veritas. Tribulatio & angustia inuenerũt me: mandata tua meditatio mea est. Equitas testimonia tua in eternum: intellectũ da mihi & viuam.

Clamaui in toto corde exaudi me domie: iustificatiões tuas requirã. Clamaui ad te saluum me fac: vt custodiã mandata tua. Preueni in maturitate & clamaui: in verba tua supersperaui. Preuenerũt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Vocẽ meã audi scdm misericordiam tuã dñe: et scdm iudiciũ tuũ viuifica me. Appropinquauerũt persequẽtes me iniquitati: a lege

autē tua longe facti sunt. Prope
es tu dn̄e: ⁊ omnes vie tue veritas
Initio cognoui de testimonijs tu-
is: q̇a in eternū fundasti eā. Uide
humilitatē meam ⁊ eripe me: quia
legem tuā non sum oblitus. Iu-
dica iudiciū meū ⁊ redime me: pro
pter eloquium tuum viuifica me.
Longe a peccatoribus salus: q̇a
iustificationes tuas non exquisie
runt. Misericordie tue multe do-
mine: scd̄m iudiciū tuū viuifica me.
Multi qui persequūtur me et tri-
bulāt me: a testimonijs tuis nō de
clinaui. Uidi p̄uaricantes ⁊ tabe
scebam: quia eloquia tua nō custo
dierūt. Uide qm̄ mādata tua dile
xi dn̄e: i misericordia tua viuifica
me. Principiū ūboꝝ tuoꝝ veritas:

in eternũ om̃ia iudicia iustitie tue
PRincipes persecuti sunt me gratis: ⁊ a verbis tuis formidauit cor meum. Letabor ego sup eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatem odio habui ⁊ abhomiatus sum: legem autẽ tuã dilexi. Septies ĩ die laudem dixi tibi: super iudicia iustitie tue. Pax multa diligentibus legem tuam: ⁊ nõ est illis scandalũ. Expectabam salutare tuũ dñe: et mandata tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer. Seruaui mãdata tua et testimonia tua: q̇a omnes vie mee in conspectu tuo. Appropiquet deprecatio mea in cõspectu tuo dñe: iuxta eloquium

tuũ da mihi intellectũ. Intret po
stulatio mea in cõspectu tuo: scdm
eloquiũ tuũ eripe me. Eructabũt
labia mea hymnũ: cum docueris
me iustificatiões tuas. Pronun-
ciabit lingua mea eloquiũ tuũ: qa
omĩa mãdata tua equitas. Fiat
manus tua vt saluet me: quoniã
mandata tua elegi. Cõcupiui sa
lutare tuũ dñe: et lex tua medita-
tio mea est. Viuet aĩa mea ⁊ lau-
dabit te: ⁊ iudicia tua adiuuabũt
me. Erraui sicut ouis que perijt
quere seruũ tuũ qa mandata tua
non sum oblitus Gloria patri. ⁊c.
¶ In dñica. Añ. Ex quo omnia per
quem omnia in quo omnia: ipsi gloria in
secula. ¶ In ferijs. Añ. Iuxta elo-
quium tuũ da mihi intellectũ dñe. ¶ In

ferijs per aduentũ. Añ. Ueni domine et noli tardare/relaxa facinora plebis tue israel. Psalmus.cxix.

AD dominũ cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Dñe libera animã meã a labijs iniquis: ⁊ a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguã dolosam. Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs. Heu mihi quia incolatus meus prolõgatus est: habitaui cũ habitantibus cedar. multũ incola fuit aĩa mea. Cũ his q̇ oderunt pacẽ erã pacificus: cũ loq̇bar illis ĩpugnabãt me gratis. Gl'ia.

Añ. Clamaui ⁊ exaudiuit me. Ps. cxx.

LEuaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxilium

Gra[...] incip[...]

mihi. Auxiliū meū a dño: qui fe-
cit celū ꝛ terrā. Non det in cōmo-
tionem pedem tuū: neqꝫ dormitet
qui custodit te. Ecce nō dormita-
bit neqꝫ dormiet: q̇ custodit israel.
Dñs custodit te: dominus prote-
ctio tua super manū dexterā tuā.
Per diem sol non vret te: neqꝫ lu-
na per noctem. Dñs custodit te
ab omi malo: custodiat animam
tuam dñs. Dñs custodiat introi
tum tuū et exitū tuū: ex hoc nunc
et vsqꝫ in seculū. Gloria patri. añ.
Auxilium meum a domino. ¶ Feria
tertia ad vespas Psalmus. cxxi.
Letatus sum in his que di-
cta sunt mihi: in domū dñi
ibimus. Stantes erāt pedes no-
stri: in atrijs tuis hierusalē. Hie-

rusalem que edificatur vt ciuitas
cuius participatio eius in idipsū.
Illuc enim ascenderūt tribus tri
bus dñi: testimoniū israel ad cōfi-
tendū nomini domini. Quia illic
sederunt sedes in iudicio: sedes su
per domū dauid. Rogate que ad
pacem sunt hierusalē: & abundan-
tia diligentibus te. Fiat pax in
virtute tua: et abundantia in tur-
rib⁹ tuis. Propter fratres meos
et proximos meos: loquebar pa-
cem de te. Propter domū dñi dei
nostri: q̄siui bona tibi. Gloria. Añ.
In domū dñi letātes ibim⁹. ps. cxxij.
AD te leuaui oculos meos:
qui habitas in celis Ecce
sicut oculi seruoꝝ: in manib⁹ dño-
rum suoꝝ. Sicut oculi ancille in

in manibꝰ dn̄e sue: ita oculi nostri ad
dn̄m deū nostrū. donec misereatur
nostri. Miserere nostri dn̄e mise-
rere nostri: quia multū repleti su-
mus despectiōe. Quia multū re-
pleta est anima nostra: obprobriū
abundantibꝰ ⁊ despectio superbis
Gloria. An̄. Qui habitas in celis
miserere nobis. Psalmus. cxxiij.

NIsi quia dn̄s erat in nobis
dicat nunc israel: nisi quia
dn̄s erat in nobis. Cum exurge-
rent homines in nos: forte viuos
deglutissent nos. Cum irasceret
furor eorū in nos: forsitan aqua
absorbuisset nos. Torrentē per-
transiuit anima nostra: forsitan
pertrāsisset aīa nostra aquā intol
lerabilē. Benedictus dn̄s: qui non

dedit nos in captionē dentib⁹ eorũ. Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantiũ. Laqueus cõtritus est: et nos liberati sumus. Adiutoriũ nostrũ in nomine dñi: qui fecit celũ et terram. Gloria patri. Añ. Adiutoriũ nostrũ in nomine domini. Psalmus. cxxiiij.

Qui cõfidunt in domino sicut mons syon: non commouebitur in eternũ qui habitat in hierusalē. Montes in circuitu eius & dñs in circuitu populi sui: ex hoc nunc & vsq; in seculũ. Quia nõ relinquet dñs virgã pctõꝝ super sortem iustoꝝ: vt non extendant iusti ad iniq̃tatē manus suas. Benefac dñe: bonis et rectis corde. Declinantes autē in obligatiões addu-

cet dominus cuz operantibus ini-
quitatem: pax super israel. Glo-
ria patri. Añ. Benefac domie bonis
et rectis corde. Psalmus. cxxv.
In cõuertendo dñs captiuita
tem syon: facti sumus sicut
consolati. Tunc repletū est gau-
dio os nostrū: et lingua nostra ex-
ultatiõe. Tunc dicent inter gen-
tes: magnificauit dñs facere cum
eis. Magnificauit dñs facere no
biscū: facti sumus letantes. Con
uerte dñe captiuitatem nostram:
sicut torrēs in austro. Qui semi-
nāt in lachrimis: in exultatiõe me
tent. Euntes ibant et flebant: mit
tentes semina sua. Venientes au-
tem venient cum exultatione: por
tantes manipulos suos. Gloria

patri et filio. Añ. Facti sumus sicut consolati. ¶ Feria quarta ad vesperas. Psalmus.cxxvi.

Nisi dñs edificauerit domũ in vanum laborauerũt qui edificant eam. Nisi dñs custodierit ciuitatẽ: frustra vigilat qui custodit eam. Vanũ est vobis ante lucẽ surgere: surgite postq̃ sederitis qui manducatis panẽ doloris. Cum dederit dilectis suis somnũ ecce hereditas dñi filij merces fructus vẽtris. Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorum. Beatus vir qui impleuit desiderium suũ ex ipsis: non cõfundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Gloria. Añ. Beatus vir qui impleuit desiderium suum. Psalm⁹.cxxvij

Beati oīes qui timēt dn̄m: qui ambulant in viis eius.
Labores manuū tuarum quia manducabis: beatus es et bene tibi erit
Uxor tua sicut vitis abundās: in lateribus domus tue. Filii tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue. Ecce sic bn̄dicetur homo: qui timet dn̄m. Benedicat tibi dn̄s ex syon: et videas bona hierusalem omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorū: pacem super israel. Gloria. An̄. Beati omnes qui timēt dn̄m. Psalmus. cxxviii.

Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea: dicat nūc israel
Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea: etenim non potuerūt mihi
Supra dorsū meū fabricauerūt

pctōres: prolongauerūt iniquita=
tem suā. Dn̄s iustus cōcidet cer=
uices pctōrū: cōfundātur ⁊ cōuer=
tantur retrorsum oēs qui oderūt
syon. Fiant sicut fenū tectorum:
quod priusq̄ euellat exaruit. De
quo non implebit manū suam qui
metet: et sinū suū qui manipulos
colliget. Et non dixerūt qui prete
ribāt bn̄dictio domini super vos:
benediximus vobis in noīe dn̄i.
Gloria patri. an̄ Benediximus vo=
bis in noīe domini. Psalmus. cxxix.
DE profundis clamaui ad te
dn̄e: dn̄e exaudi vocē meā.
Fiant aures tue intendentes: in
vocē deprecatiōis mee. Si iniqui
tates obseruaueris dn̄e: dn̄e quis
sustinebit. Quia apud te propi=

ciatio est: et propter legem tuā su-
stinui te dn̄e. Sustinuit anima
mea in v̄bo eius: sperauit anima
mea in dn̄o. A custodia matuti-
na vsq̄ ad noctē: speret israel in do
mio. Quia apud dn̄m misericor-
dia: & copiosa apud eum redēptio.
Et ipse redimet israel: ex omnib⁹
iniq̄tatibus eius. Gloria patri et
filio. Añа. De profundis clamaui ad
te domine. Psalmus. cxxx.

Dnie non est exaltatū cor
meum: neq̄ elati sunt oculi
mei. Neq̄ ambulaui in magnis:
neq̄ in mirabilibus super me. Si
non humiliter sentiebam: sed exal
taui animā meā. Sicut ablacta-
tus sup matrē suā: ita retributio
in aīa mea. Speret israel in dn̄o:

ex hoc nunc et usq; in seculũ. Gloria patri. Añ. Speret israel in domino.
¶ Feria quinta. Ad vesp. ps. cxxxi
Memẽto dñe dauid: et ois mã suetudinis ei⁹ Sicut iurauit dño: votũ vouit deo iacob Si introiero in tabernaculũ domus mee: si ascẽdero in lectũ strati mei Si dedero sõnũ oculis meis et palpebris meis dormitationẽ. Et requiẽ tẽporib⁹ meis: donec inueniã locũ dño. tabernaculũ deo iacob. Ecce audiuim⁹ eã in effrata: iuenim⁹ eã i cãpis silue Introibim⁹ in tabernaculum eius: adorabim⁹ in loco ubi steterũt pedes eius. Surge dñe in requiẽ tuam: tu et archa sctificatiõis tue. Sacerdotes tui induant iustitiã: et scti tui

ciatio est: et propter legem tuā su-
stinui te dñe. Sustinuit anima
mea in v̄bo eius: sperauit anima
mea in dño. A custodia matuti-
na vsq; ad noctē: speret israel in do
mio. Quia apud dñm misericor-
dia: & copiosa apud eum redēptio.
Et ipse redimet israel: ex omnib⁹
iniqtatibus eius. Gloria patri et
filio. Añā. De profundis clamaui ad
te domine. Psalmus. cxxx.

Domine non est exaltatū cor
meum: neq; elati sunt oculi
mei. Neq; ambulaui in magnis:
neq; in mirabilibus super me. Si
non humiliter sentiebam: sed exal
taui animā meā. Sicut ablacta-
tus sup matrē suā: ita retributio
in aīa mea. Speret israel in dño:

ex hoc nunc et usqꝫ in seculū. Gloria patri. Añ. Speret israel in domino.

Feria quinta. Ad ves. ps. cxxxi

Memēto dñe dauid: ꝛ oīs mā suetudinis ei⁹ Sicut iurauit dño: votū vouit deo iacob Si introiero in tabernaculū domus mee: si ascēdero in lectū strati mei Si dedero sōnū oculis meis ꝛ palpebris meis dormitationē. Et requiē tēporib⁹ meis: donec inueniā locū dño, tabernaculū deo iacob. Ecce audiuim⁹ eā in effrata: inuenim⁹ eā i cāpis silue Introibim⁹ in tabernaculum eius: adorabim⁹ in loco vbi steterūt pedes eius. Surge dñe in requiē tuam: tu et archa sctificatiōis tue. Sacerdotes tui induant iustitiā: et scti tui

exultēt. Propter dauid seruū tuū non auertas faciē christi tui. Iurauit dñs dauid veritatē & nō frustrabitur eum: de fructu vētris tui ponā super sedē tuā. Si custodierint filij tui testamentū meū: et testimonia mea hec que docebo eos. Et filij eo℞: vsq₃ in seculū sedebūt sup sedem tuam. Quoniā elegit dñs syon: elegit eam in habitationem sibi Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Viduā eius bñdicens bñdicā: pauperes eius saturabo panib⁹. Sacerdotes eius induā salutari: & sancti eius exultatione exultabūt. Illuc producā cornu dauid: paraui lucernā christo meo. Inimicos eius induā cōfusione:

super ipsum autē efflorebit sancti
ficatio mea. Gloria patri. Añ. Et
om̄is mansuetudinis eius. Ps.cxxxij.
Ecce q̄ȝ bonū ⁊ q̄ȝ iocundum:
habitare fratres in vnum.
Sicut vnguentū in capite: quod
descēdit in barbā barbam aaron.
Quod descēdit in orā vestimenti
eius: sicut ros hermon qui descen-
dit in montem syon. Quoniā illic
mandauit dñs bñdictionē: et vitā
vsqȝ in seculū. Gloria. Añ. Ecce q̄ȝ bo
num ⁊ q̄ȝ iocundū. Psalmus.cxxxiij.
Ecce nunc bñdicite dñm: om
nes serui dñi. Qui statis
in domo dñi: in atrijs domus dei
nostri. In noctibꝰ extollite manꝰ
vestras in sancta: ⁊ bñdicite dñm.
Bñdicat te dñs ex syon: qui fecit

celū et terram. Psalmus .cxxxiiij.
Laudate nomē dñi: laudate
serui dñi. Qui statis in do
mo dñi: in atrijs domus dei nostri
Laudate dñm quia bonus dñs:
psallite nomini eiꝰ quoniā suaue.
Quoniam iacob elegit sibi dñs:
israel in possessionem sibi. Quia
ego cognoui ꝙ magnus est dñs: ꝛ
deus noster pre omnibꝰ dijs. Oia
quecunqꝫ voluit dñs fecit: in celo
et in terra. in mari ꝛ in oībus abys
sis. Educens nubes ab extremo
terre: fulgura ī pluuiā fecit. Qui
producit vētos de thesauris suis:
qui ꝑcussit primogenita egypti ab
homine vsqꝫ ad pecus. Et misit si
gna ꝛ ꝓdigia in medio tui egypte:
in pharaonem ꝛ in omnes seruos

eius Qui pcussit gentes multas
& occidit reges fortes. Seō regē
amorreorū. & og regē basan: & oīa
regna chanaan. Et dedit terrā
eorū hereditatē: hereditatē israel
populo suo. Dn̄e nomē tuum in
eternū: dn̄e memoriale tuū in ge=
neratiōe et generationem. Quia
iudicabit dominus populū suum:
& in seruis suis deprecabitur. Si
mulacra gentium argentū et au=
rum: opera manuum hominum.
Os habent & non loquentur: ocu
los habent et non videbunt. Au=
res habent et non audient: neqꝫ
enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui faciūt ea
et omnes qui confidūt in eis Do
mus israel benedicite dominum:

domus aaron benedicite dominū.
Domus leui bn̄dicite dn̄m: qui
timetis dn̄m bn̄dicite dn̄m. Bn̄-
dictus dn̄s ex syon: qui habitat in
hierusalē. Gloria. An. Omnia que
cunq; voluit dn̄s fecit. Psalmꝰ. cxxxv.
Confitemini dn̄o quoniā bo
nus: quoniā in eternū mise-
ricordia eiꝰ. Cōfitemini deo deo-
rum. Cōfitemini dn̄o dominorū.
Qui facit mirabilia magna so-
lus. Qui fecit celos in intellectu.
Qui firmauit terrā sup aquas.
Qui fecit lumiaria magna. So
lem in potestatē diei. Lunā & stel-
las in potestatē noctis. Qui pcus
sit egyptū cum primogenitis eor.
Qui eduxit israel de medio eorū.
In manu potētie & brachio excelso

Qui diuisit mare rubrū ī diuisio
nes. Et eduxit israel p mediū ei⁹.
Et excussit pharaonē ꝛ virtutem
eius ī mari rubro. Qui traduxit
populū suū per desertū. Qui per=
cussit reges magnos. Et occidit
reges fortes, Seon regē amor=
reorū. Et og regē basan. Et de=
dit terrā eorū hereditatē. Heredi
tatē israel seruo suo. Quia in hu
militate nostra memor fuit nostri
Et redemit nos ab inimicis no=
stris. Qui dat escam omni carni
Cōfitemini deo celi Cōfitemini
dn̄o dn̄orū: quoniā in eternū mise=
ricordia eius. Gloria. an. Quōm in
eternum misericordia eius. ps. cxxxvj.
Super flumina babilonis illic
sedimus et fleuimus: dum

recordaremur syõ. In salicibus
in medio eius: suspendimus orga
na nostra. Quia illic interroga-
uerunt nos qui captiuos duxerũt
nos: verba cantionũ. Et qui ab-
duxerunt nos: hymnũ cantate no-
bis de canticis syon. Quomodo
cantabimus canticũ dñi: in terra
aliena. Si oblitus fuero tui hie-
rusalem: obliuioni detur dextera
mea. Adhereat lingua mea fau-
cib⁹ meis: si nõ meminero tui. Si
nõ pposuero hierusalẽ: in pricipio
letitie mee. Memor esto dñe filio
rũ edõ: in diẽ hierusalẽ. Qui dicũt
exinanite exinanite vsq₃: ad funda
mẽtũ in ea. Filia babylonis mise
ra: beatus qui retribuet tibi retri-
butionẽ tuã quã retribuisti nobis

Beatus qui tenebit: et allidet parvulos suos ad petrã. Gloria. An. Hymnũ cantate nobis de canticis syon

¶ Feria. vi. ad vesp'as. ps. cxxxvii.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo: quoniã audisti v'ba oris mei. In cõspectu angelorũ psallã tibi: adorabo ad tẽplũ sanctũ tuũ et cõfitebor nomini tuo Sup misericordia tua et veritate tua: quoniã magnificasti sup omne nomen sanctũ tuum. In quacũq3 die invocavero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutẽ. Cõfiteantur tibi dñe omes reges terre: quia audierũt omnia verba oris tui. Et cantent in viijs dñi: quoniã magna est gloria dñi. Quoniã excelsus dñs et humilia

respicit: et alta a longe cognoscit.
Si ambulauero in medio tribu-
latiõis viuificabis me: ⁊ super irã
inimicorũ meorũ extẽdisti manum
tuã. et saluũ me fecit dextera tua.
Dñs retribuet pro me: dñe mise-
ricordia tua in seculũ: opera ma-
nuũ tuarũ ne despicias. Gloria.
Añ. In conspectu angelorum psallam
tibi deus meus. Psalmus. cxxxviij.
Domie probasti me ⁊ cogno-
uisti me: tu cognouisti ses-
sionẽ meã et resurrectionẽ meam.
Intellexisti cogitationes meas
de longe: semitã meam ⁊ funiculũ
meũ inuestigasti. Et omẽs vias
meas preuidisti: q̃a non est sermo
in lingua mea. Ecce domie tu co-
gnouisti omnia nouissima ⁊ anti-

qua: tu formasti me et posuisti su=
per me manū tuam. Mirabilis
facta est scientia tua ex me: confor
tata est & non potero ad eā. Quo
ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua
fugiam. Si ascēdero in celum tu
illic es: si descendero ad infernum
ades. Si sumpsero pēnas meas
diluculo: & habitauero ī extremis
maris Etenī illuc manꝰ tua dedu
cet me: et tenebit me dextera tua.
Et dixi forsitā tenebre cōculcabūt
me: & nox illuminacio mea in deli=
cijs meis. Quia tenebre non ob=
scurabuntur a te: et nox sicut dies
illuminabit. sicut tenebre eius ita
et lumen eius Quia tu possedisti
renes meos: suscepisti me de utero
matris mee. Cōfitebor tibi quia

terribiliter magnificatus es: mi-
rabilia opera tua. et anima mea
cognoscet nimis. Non est occul-
tatũ os meũ a te quod fecisti in oc-
culto: et substantia mea in inferio
ribus terre. Imperfectũ meũ vi-
derunt oculi tui. et in libro tuo om-
scribent: dies formabunt et nemo
in eis. Mihi autẽ nimis honorifi
cati sunt amici tui deus: nimis co-
fortatus est principatus eorum.
Dinumerabo eos et super arena
multiplicabunt: exurrexi et adhuc
sum tecũ. Si occideris deus pec-
catores: viri sanguinũ declinate
a me Quia dicitis in cogitatiõe:
accipiãt i vanitate ciuitates suas
Nõne qui oderũt te dñe oderã: et
super inimicos tuos tabescebam

Perfecto odio oderā illos: inimici facti sunt mihi. Proba me deus et scito cor meū: interroga me & cognosce semitas meas. Et vide si via iniq̄tatis in me est: & deduc me in via eterna. Gloria. Añ. Dñe probasti me et cognouisti me. p̄s. cxxxix.

Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebant prelia. Acuerunt linguam suam sicut serpētes: venenum aspidum sub labijs eorum. Custodi me domine de manu peccatoris: et ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum michi.

Et funes extenderunt in laqueum iuxta iter scandalũ posuerunt michi. Dixi dño deus meus es tu: exaudi domi͂e vocem deprecatiõis mee. Domine dñe virtus salutis mee: obumbrasti super caput meum in die belli. Nõ tradas me domine a desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me ne derelinquas me ne forte exaltẽtur. Caput circuitus eorũ: labor labiorũ ipsorum operiet eos. Cadent sup eos carbones in ignẽ deijcies eos: in miserijs non subsistent. Uir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustum mala capiẽt in interitu. Cognoui quia faciet dñs iudicium inopis: et vindictã pauperũ. Ueruntamẽ iusti cõfitebunt nomini

tuo: ꝛ habitabunt recti cum vultu
tuo. Gloꝛia patri. Añ. A viro ini=
quo libera me domine. Psalmus.cxl.
Domie clamaui ad te exau=
di me: intēde voci mee cum
clamauero ad te. Dirigatur oꝛa
tio mea sicut incensuz in cōspectu
tuo: eleuatio manuū meaꝝ sacri=
ficiū vespertinū. Pone dñe custo=
diam oꝛi meo: ꝛ ostiū circūstantie
labijs meis Nō declines coꝛ meū
in verba malicie: ad excusandas
excusatiōes in pctis. Cum homi=
nibus operantibus iniquitatē: et
non cōmunicabo cum electis eoꝝ.
Coꝛripiet me iustus in misericoꝛ
dia ꝛ increpabit me: oleū autē pec=
catoꝛis nō impinguet caput meū.
Quoniā adhuc et oꝛatio mea in

beneplacitis eorūz: absorpti sunt
iuncti petre iudices eorū. Audient
v̄ba mea quoniā potuerunt: sicut
crassitudo terre erupta est super ter
ram. Dissipata sunt ossa nostra
secus infernuz: quia ad te dn̄e dn̄e
oculi mei in te speraui nō auferas
animam meam. Custodi me a la
queo quē statuerūt mihi: et ab scan
dalis operantiū iniquitatē. Ca
dent in retiaculo eius peccatores:
singulariter sum ego donec tran
seam. Gloria. An̄. Dn̄e clamaui
ad te exaudi me. Psalmus. cxli.

Voce mea ad dn̄m clamaui
voce mea ad dn̄m depreca
tus sum. Effundo in cōspectu ei
us orationē meā: et tribulationez
meaz ante ipsum pronuncio. In

deficiendo ex me spiritū meū: et tu
cognouisti semitas meas. In via
hac qua ambulabaz: absconderūt
laqueū mihi. Considerabā ad de
xteram et videbā: et nō erat qui co=
gnosceret me. Perijt fuga a me:
et nō est qui requirat animā meā.
Clamaui ad te domine: dixi tu es
spes mea. portio mea in terra vi=
uentiū. Intēde ad deprecationez
meā: qa humiliat⁹ suz nimis. Li
bera me a psequētib⁹ me: quia cō=
fortati sunt super me. Educ de cu
stodia animā meā ad cōfitēdū no=
mini tuo: me expectant iusti donec
retribuas mihi. Gloria. Añ. Por=
tio mea in terra viuētiū. Psalm⁹. cxlij.
Domine exaudi orationem
meā aurib⁹ pcipe obsecra=
t.iiij.

tionē meā: in veritate tua exaudi
me in tua iustitia. Et non intres
in iudiciū cum servo tuo: quia nō
iustificabitur in conspectu tuo om
nis viuens. Quia persecutus est
inimicus animā meā: humiliauit
in terra vitā meā. Collocauit me
in obscuris sicut mortuos seculi:
et anxiatus est super me spiritus
meus in me turbatū est cor meum.
Memor fui dierū antiquorū: me
ditatus sum in omibus operibus
tuis. in factis manuū tuarum medi-
tabar. Expādi manus meas ad
te: aīa mea sicut terra sine aquā
tibi. Velociter exaudi me domie:
defecit spiritus meus. Non auer
tas faciem tuā a me: et similis ero
descendētibus in lacū. Auditam

fac michi mane misericordiã tuã: quia in te speraui Notã fac mihi viam in qua ambulẽ: quia ad te leuaui animã meam. Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi: doce me facere voluntatẽ tuã quia deus meus es tu Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectã: propter nomẽ tuũ dñe viuificabis me in eq̃tate tua. Educes de tribulatiõe animã meã: et in misericordia tua disp̃des inimicos meos. Et perdes oẽs qui tribulant animam meã: quoniã ego seruꝰ tuus sum. Gloria patri. ¶ Sabbato Ad vesperas. Psalmus. cxliii.

Benedictus dñs deus meus: qui docet manus meas ad prelium. & digitos meos ad bellũ.

Misericordia mea et refugium meum: susceptor meus et liberator meus. Protector meus et in ipso speravi: qui subdit populum meum sub me. Domine quid est homo quia innotuisti ei: aut filius hominis quia reputas eum. Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut umbra pretereunt. Domine inclina celos tuos et descende: tange montes et fumigabunt. Fulgura coruscationem et dissipabis eos: emitte sagittas tuas et conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto: eripe me et libera me de aquis multis. et de manu filiorum alienorum. Quorum os locutum est vanitatem: et dextera eorum dextera iniquitatis. Deus canticum novum cantabo tibi: in psalterio decacordo

cordo psallã tibi. Qui das salutẽ regib⁹ qui redemisti dauid seruuz tuũ: de gladio maligno eripe me. Et erue me de manu filiorũ alienorũ: quorũ os locutũ est vanitatem. & dextera eorũ dextera iniquitatis. Quorũ filij: sicut nouelle plantationes in iuuentute sua. Filie eorũ composite: circũornate vt similitudo tẽpli. Promptuaria eorũ plena: eructãtia ex hoc in illud. Oues eorum fetose abundantes in gressib⁹ suis: boues eorum crasse. Nõ est ruina macerie neqꝫ ruina neqꝫ clamor in plateis eorũ. Beatũ dixerunt populũ cui hec sunt: beatus populus cuius dñs deus eius. Gloria. Añ. Bñdictus dñs deus meus. Psalm⁹. cxliiij

Exaltabo te deus meus rex: et benedicā nomini tuo in seculū ⁊ in seculū seculi. Per singulos dies benedicā tibi: et laudabo nomen tuū in seculū ⁊ in seculū seculi. Magnus dn̄s et laudabilis nimis: et magnitudinis ei⁹ nō est finis. Generatio ⁊ gn̄atio laudabit opera tua: ⁊ potentiā tuā pronūciabūt. Magnificentiam glorie sc̄titatis tue loquent̄: ⁊ mirabilia tua narrabūt. Et virtutē terribiliū tuoꝝ dicēt: et magnitudinē tuā narrabūt. Memoriam abundantie suauitatis tue eructabūt: et iustitia tua exultabunt. Miserator et misericors dn̄s: patiēs et multū misericors. Suauis dn̄s vniuersis: ⁊ miseratiōes eius sup

omnia opera eius. Cõfiteantur tibi
dñe omnia opera tua: et scti tui be-
nedicant tibi. Gloriã regni tui di
cent: ⁊ potentiã tuã loquentur. Ut
notã faciãt filijs hominũ potẽtiã
tuã: et gloriã magnificentie regni
tui. Regnũ tuũ regnũ omniũ se-
culorũ: et dominatio tua in omni
generatiõe ⁊ generationẽ. Fide-
lis dñs in omnibus verbis suis: et
sanctus in omnibus operibus suis
Alleuat dñs omnes qui corruũt:
et erigit omnes elisos. Oculi oim
in te sperant dñe: ⁊ tu das escã illo
rum in tempore oportuno. Ape-
ris tu manũ tuã: et imples omne
animal bñdictiõe. Iustus dñs in
oibus vijs suis: et sctũs in oibus
operibꝰ suis. Prope est dñs omi

bus inuocantib⁹ eum: oībus inuo
cantibus eū in veritate. Volun
tatē timētiū se faciet: ⁊ depcatio
nē eoꝝ exaudiet. et saluos faciet
eos. Custodit dn̄s oēs diligen
tes se: et oēs peccatores disperdet.
Laudationem dn̄i loquetur os
meū: et benedicat omnis caro no
mini sancto eius. in seculū ⁊ in se
culū seculi. Gloria. Añ. In eter
num ⁊ in seculum seculi. Psalm⁹. cxlv
LAuda aīa mea dn̄m: lau
dabo dominū in vita mea:
psallā deo meo q̄diu fuero. Noli
te cōfidere in principibus: in filijs
hoīm in quib⁹ nō est salus Exibit
spiritus eius ⁊ reuertetur in terrā
suā: in illa die peribunt omnes co
gitatiões eoꝝ. Beatus cuius de⁹

iacob adiutor etꝰ spes eius in dño
deo ipsius: qui fecit celũ et terram
mare et oĩa que in eis sunt. Qui
custodit veritatẽ in seculũ: facit iu
diciuz iniuriam patientibus. dat
escã esurientibꝰ. Dñs soluit com
peditos: dominꝰ illuminat cecos.
Dñs erigit elisos: dñs diligit iu=
stos. Dominus custodit adue=
nas: pupillum et viduam suscipi=
et: et vias peccatorum disperdet.
Regnabit dñs in secula: deꝰ tuꝰ
syon in generatione et generatio=
nem. Gloria patri. Añ. Laudabo
deũ meũ in vita mea. Psalmus. cxlvj.
LAudate dñm quoniam bo
nꝰ est psalmꝰ: deo nostro sit
iocũda decoraqꝫ laudatio. Edifi
cans hierusalez dñs: dispersiones

israelis cōgregabit. Qui sanat
cōtritos corde: et alligat cōtritiōes
eorū. Qui numerat multitudinē
stellarū: et omībus eis nomina
vocat. Magnus dñs noster et ma
gna virtus eius: et sapiētie eius nō
est numerus. Suscipiēs mansue-
tos dñs: humilians autem peccato
res vsqȝ ad terrā Precinite dño in
cōfessiōe: psallite deo nostro in cy-
thara. Qui operit celū nubibꝰ: et
parat terre pluuiā. Qui produ-
cit in mōtibus fenū et herbā: serui
tuti hominum. Qui dat iumētis
escā ipsorꝫ: et pullis coruorū inuo-
cantibus eum. Non in fortitudi
ne equi voluntatē habebit: nec in
tibijs viri beneplacitū erit ei. Be
neplacituz est dño super timentes

eum: ⁊ in eis qui sperant sup mise=
ricordia eius. Gloria. Añ. Deo
nostro iocunda sit laudatio. ps.cxlvij.
Lauda hierusalē dn̄m: lau=
da deū tuū syon. Qui cō
fortauit seras portarū tuarꝫ: bene
dixit filijs tuis in te. Qui posuit
fines tuos pacē: ⁊ adipe frumenti
satiat te Qui emittit eloquiū su=
um terre: velociter currit sermo
eius. Qui dat niuē sicut lanā: ne
bulaꝫ sicut cinerē spargit. Mittit
cristallū suā sicut buccellas: ante
faciem frigoris eius quis sustine
bit. Emittet verbū suū ⁊ liquefa=
ciet ea: flauit spiritus eius ⁊ fluēt
aque. Qui annunciat verbū suū
iacob: iustitias ⁊ iudicia sua isra=
el. Non fecit taliter om̄i nationi:

et iudicia sua nõ manifestauit eis.
Gloria patri. Añ. Lauda hierusa-
lem dominum. Psalmus. cxlviii.

Laudate dñm de celis: lau-
date eum in excelsis. Lau-
date eum om̃es angeli eius: lau-
date euz oẽs virtutes eius. Lau-
date eum sol ⁊ luna: laudate eum
oẽs stelle ⁊ lumen. Laudate eum
celi celorũ: et aque que super celos
sunt laudẽt nomẽ dñi. Quia ipse
dixit ⁊ facta sunt: ipse mandauit ⁊
creata sunt. Statuit ea in seculũ
et in seculũ seculi: preceptũ posuit
et non preteribit. Laudate dñm
de terra: dracones ⁊ om̃es abyssi.
Ignis. grando. nix. glacies. spiri-
tus procellarũ: que faciunt verbũ
eius. Montes ⁊ omnes colles: lig-

gna fructifera ⁊ om̄es cedri. Be-
stie ⁊ vniuersa pecora: serpentes ⁊
volucres pennate. Reges terre ⁊
om̄es populi: principes ⁊ om̄es iu-
dices terre. Iuuenes ⁊ virgines
senes cuz iunioribꝰ laudēt nomen
dn̄i: q̇a exaltatū est nomē eius so-
lius. Cōfessio eius sup celū ⁊ ter-
ram: ⁊ exaltauit cornu populi sui
Hymnus oībus sctis eius: filijs
israel populo appropinquāti sibi.
Cantate dn̄o canticum nouum:
laus eius in ecclesia sanctorum.
Letetur israel in eo qui fecit euz:
⁊ filie syon exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro:
in tympano et psalterio psallant
Quia beneplacituz est dn̄o in po
pulo suo: et exaltauit mansuetos

in salutez. Exultabunt sancti in
gloria: letabuntur in cubilib⁹ suis
Exultatiões dei in gutture eoꝛ
et gladij ancipites in manib⁹ eoꝛ
Ad faciendam vindictã in natio-
nibus: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eoꝛũ in cõ-
pedibus: et nobiles eoꝛũ in man-
cis ferreis. Ut faciant in eis iu-
diciũ cõscriptũ: gloria hec est oĩb⁹
sanctis eius. Laudate dñm in sã-
ctis eius: laudate eũ in firmamẽ-
to virtutis eius. Laudate euz in
virtutibus eius: laudate eum se-
cundum multitudinẽ magnitudi-
nis eius. Laudate eũ in sono tu-
be: laudate eum in psalterio et cy-
thara. Laudate eum in tympa-
no & choꝛo: laudate eum in coꝛdis

et organo. Laudate eum in cym
balis benesonantib9. laudate euz
in cymbalis iubilationis : omnis
spiritus laudet dñm. ¶ Incipiunt
cantica pphetarū. ¶ Feria secūda
Canticum isaie prophete. xij.

Confitebor tibi dñe quoniaz
iratus es michi: conuersus
est furor tuus et cōsolatus es me.
Ecce deus saluator meus : fidu=
cialiter agā ⁊ non timebo. Quia
fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: et
factus est mihi in salutē. Haurie
tis aquas in gaudio de fontibus
saluatoris: ⁊ dicetis in illa die cōfi
temini dño. et inuocate nomē ei9.
Notas facite in populis adinuē=
tiones eius: memētote quoniā ex=
celsum est nomen eius. Cantate

dñō quoniam magnifice fecit: an-
nũciate hoc in vniuersa terra. Ex-
ulta et lauda habitatio syon: quia
magnus in medio tui sctũs israel.
¶ Feria tertia Canticũ ezechie re-
gis iuda cũ egrotasset et cõualuis-
set de infirmitate. ysaie ca. xxxviij.
Ego dixi: in dimidio dierum
meorum vadam ad portas
inferi. Quesiui residuũ annorum
meorũ: dixi non videbo dñm deum
in terra viuentiũ. Non aspiciam
hominẽ vltra: et habitatorẽ quietis.
Generatio mea ablata est et con-
uoluta est a me: quasi tabernacu-
lũ pastorũ. Precisa est velut a te-
xente vita mea: dum adhuc ordirer
succidit me. De mane vsque ad ves-
peram finies me. sperabã vsque ad

mane: quasi leo sic cōtriuit omnia
ossa mea. De mane vsq; ad vespe
rū finies me: sicut pullus hyrundi
nis sic clamabo. meditabor vt co=
lūba. Attenuati sunt oculi mei:
suspiciētes in excelsuz. Dñe vim
patior respōde pro me: qd dicā aut
qd respōdebit mihi cū ipse fecerim
Recogitabo omēs annos meos:
in amaritudine anime mee Dñe
si sic viuitur & in talibus vita spūs
mei: corripies me & viuificabis me
ecce in pace amaritudo mea ama
rissima. Tu autem eruisti ani=
mam meam vt non periret: proie=
cisti post tergū tuū omnia peccata
mea. Quia nō infernus cōfitebi=
tur tibi. neq; mors laudabit te: nō
expectabūt qui descendūt in lacuz

veritatẽ tuã. Uiuens viuens ipse cõfitebitur tibi sicut et ego hodie: pater filijs notã faciet veritatem tuam. Dñe saluũ me fac: ꝛ psalmos nostros cantabimus cũctis dieb⁹ vite nostre in domo domini.

¶ Fer. iiij. Canticũ Anne diu sterilis qđ cecinit ꝓpter letitiã fecũditatis qñ pepit Samuelẽ. j. Regũ. ij.

Exultauit coꝛ meũ in dño: et exaltatũ est coꝛnu meum in deo meo. Dilatatũ est os meũ super inimicos meos: q̇a letata sum in salutari tuo. Non est sanctus vt est dñs. neqꝫ enĩ est alius extra te: et non est foꝛtis sicut de⁹ noster. Nolite multiplicare loqui sublimia: gloꝛiantes. Recedãt vetera de oꝛe vestro: quia deus scientiarũ

dn̄s est. et ipsi preparantur cogita
tiones. Arcus fortiū superatus
est: ⁊ infirmi accincti sunt robore.
Repleti prius pro panibus se lo-
cauerūt: et famelici saturati sunt.
Donec sterilis peperit plurimos
⁊ que multos habebat filios infir
mata est. Dn̄s mortificat ⁊ viui-
ficat: deducit ad inferos ⁊ reducit.
Dn̄s pauperē facit ⁊ ditat: humi
liat et subleuat. Suscitans et de
puluere egenū: ⁊ de stercore erigēs
pauperē Ut sedeat cum principi
b⁹: ⁊ soliū glie teneat. Dn̄i enim
sunt cardines terre: ⁊ posuit super
eos orbē Pedes sanctorꝝ suorꝝ ser
uabit. et impij in tenebris cōtices-
cent: quia nō in fortitudine sua ro
borabit vir Dn̄m formidabunt

aduersarij eius: et sup ipsos in ce
lis tonabit. Dñs iudicabit fines
terre: et dabit imperium regi suo:
et sublimabit cornu christi sui.
¶ Feria quinta. Canticū Moysi
ad filios israel / quādo eduxit eos
per mare rubrum. Exodi. xv.
CAntemus dño gloriose eni
magnificatus est: equū ꝛ as
censorē deiecit in mare. Fortitu
do mea et laus mea dñs: ꝛ factus
est mihi in salutē. Iste deus me
et glorificabo eū: deus patris mei
et exaltabo eum. Dñs quasi vir
pugnator omnipotens nomē eius:
currus pharaonis ꝛ exercitū eius
proiecit in mare. Electi principes
eius submersi sunt in mari rubro
abyssi operuerunt eos. descende

runt in profundum quasi lapis.
Dextera tua dñe magnificata
est in fortitudine. dextera tua dñe
percussit inimicũ: et in multitudie
glorie tue deposuisti aduersarios
meos. Misisti iram tuã que deuo
rauit eos sicut stipulaz: in spiritu
furoris tui congregate sunt aque
Stetit vnda fluens: congregate
sunt abyssi in medio mari. Dixit
inimicus persequar ꝛ comprehen-
daz: diuidã spolia implebitur ani-
ma mea. Euaginabo gladium
meuz: interficiet eos manus mea
Flauit spũs tuus et operuit eos
mare: submersi sũt quasi plũbũ in
aquis vehemẽtibꝰ. Quis similis
tui in fortibus dñe. q̇s similis tui
magnificꝰ i sctitate: terribilis atqꝫ

laudabilis et faciens mirabilia.
Extendisti manū tuā: et deuora-
uit eos terra. Dux fuisti in mise-
ricordia tua: populo quē redem
isti. Et portasti eum in fortitudi-
ne tua: ad habitaculū sanctū tuū.
Ascenderūt populi et irati sunt:
dolores obtinuerunt habitatores
philistijm. Tunc cōturbati sunt
pr̄icipes edom: robustos moab ob
tinuit tremor. obriguerūt omnes
habitatores chanaan Irruat su
per eos formido et pauor: in ma-
gnitudine brachij tui. Fiant im-
mobiles quasi lapis: donec ptran
seat populus tuus dn̄e. donec per-
transeat populus tuus iste quem
possedisti. Introduces eos et plan
tabis in mōte hereditatis tue: fir-

missimo habitaculo tuo quod ope
ratus es dn̄e. Sanctuariū tuum
dn̄e quod firmauerūt manus tue
dn̄s regnabit in eternum et vltra.
Ingressus est eni eques pharao
cum curribꝰ ꝛ equitibꝰ eius in ma-
re: ꝛ reduxit super eos dn̄s aquas
maris. Filij autē israel ambula
uerunt per siccum: in medio eius
¶ Fer. vj Cāticū abachuc pphet
Domine audiui auditionem
tuā: et timui. Dn̄e opus
tuū: in medio annoꝝ viuifica illud
In medio annoꝝ notū facies: cū
iratus fueris misericordie recor-
daberis. Deus ab austro veniet:
et sanctus de mōte pharan. Ope-
ruit celos glīa eius: ꝛ laudis eius
plena est terra. Splendor eius vt

lux erit: cornua in manibus eius.
Ibi abscondita est fortitudo ei⁹:
ante faciē eius ibit mors. Egre-
dietur diabolus ante pedes eius:
stetit ⁊ mensus est terrā. Aspexit:
et dissoluit gentes: et contriti sunt
mōtes seculi. Incuruati sunt col-
les mundi: ab itineribus eternita-
tis eius. Pro iniq̄tate vidi tento-
ria ethiopie: turbabuntur pelles
terre madian. Nunquid in flumi-
nibus iratus es dñe: aut in flumi-
nibus furor tuus. vel in mari indi-
gnatio tua. Qui ascendes super
equos tuos: et quadrige tue salua-
tio. Suscitans suscitabis arcum
tuum: iuramēta tribubus que lo-
cutus es. Fluuios scindes terre
viderūt ⁊ doluerūt mōtes: gurges

aquarũ transijt. Dedit abyssus
vocẽ suã: altitudo manus suas le
uauit. Sol ⁊ luna steterũt in ha-
bitaculo suo: in luce sagittarum tua-
rum ibunt. in splẽdore fulgurãtis
haste tue. In fremitu cõculcabis
terrã: in furore obstupefacies gen
tes. Egressus es in salutẽ populi
tui: in salutẽ cuz christo tuo. Per-
cussisti caput de domo impij: denu
dasti fundamentũ usq3 ad collum.
Maledixisti sceptris eius: capita
bellatorum eius. venientibus ut turbo
ad dispgendũ me. Exultatio eorum
sicut eius q̄ deuorat pauperez in ab-
scõdito. Uiã fecisti in mari equis
tuis: in luto aquarum multarum. Au-
diuit ⁊ conturbatus est uẽter meus:
a voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in ossibus meis: & subter me scateat. Ut requiescã in die tribulationis: ut ascendã ad populũ accinctũ nostrũ. Ficus enim non florebit: et non erit germen in vineis. Mentietur opus oliue: et arua non afferẽt cibum. Abscidetur de ouili pecus: et non erit armentuz in presepib⁹. Ego autẽ in dño gaudebo: et exultabo in deo iesu meo. De⁹ dñs fortitudo mea: & ponet pedes meos quasi ceruorũ. Et sup excelsa mea deducet me victor: in psalmis canentem. ¶ Sabbato canticum Moysi ad filios israel quãdo erat moriturus. Deuteronomij. xxxij.
Audite celi que loquar: audiat terra verba oris mei.

Concrescat in pluuia doctrina
mea: fluat vt ros eloquiū meum.
Quasi ymber sup herbā. ⁊ quasi
stille super gramina: quia nomen
dn̄i inuocabo. Date magnificen
tiam deo nostro: dei perfecta sunt
opera. et omnes vie eius iudicia.
Deus fidelis ⁊ absq̧ vlla iniq̄ta=
te iustus et rectus: peccauerunt et
non filij eius in sordib⁹. Gene=
ratio praua atq̧ peruersa: heccine
reddis dn̄o popule stulte ⁊ insipiēs
Nunquid non ipse est pater tuus
qui possedit te: ⁊ fecit ⁊ creauit te.
Memento dierū antiquorū: cogi=
ta generationes singulas Inter
roga patrē tuū ⁊ annunciabit tibi
maiores tuos ⁊ dicent tibi. Quā
do diuidebat altissimus gentes:

quãdo separabat filios adã. Cõstituit terminos populorũ: iuxta numerũ filiorꝝ israel. Pars autẽ dñi populus eius: iacob funicul9 hereditatis eius. Inuenit euȝ in terra deserta: in loco horroris et vaste solitudinis. Circũduxit eũ et docuit: ⁊ custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila ꝓuocans ad volandum pullos suos: ⁊ sup eos volitans. Expandit alas suas et assumpsit eos: atqꝫ portauit in humeris suis. Dñs solus dux eius fuit: ⁊ nõ erat cũ eo deus alienus. Cõstituit eum sup excelsam terraȝ: vt comederet fructus agrorꝝ. Ut suggeret mel de petra oleũqꝫ de saxo durissimo Butyrũ de armento et lac de ouibus: cum

adipe agnoꝝ ⁊ arietū filioꝝ basan
Et hyrcos cum medulla tritici: ⁊
sanguinem vue biberēt meracissi=
mum. Incrassatus est dilectus ⁊
recalcitrauit: incrassatus impin=
guatus dilatatus. Dereliquit
deum factorem suum: et recessit a
deo salutari suo. Prouocauerūt
eum in dijs alienis: ⁊ in abomina
tionibus ad iracundiā concitaue=
runt. Immolauerūt demonijs ⁊
nō deo: dijs quos ignorabāt. No
ui recentesqꝫ venerūt: quos nō co-
luerunt patres eorū. Deum qui
te genuit dereliquisti: ⁊ oblitus es
dñi creatoris tui. Vidit dñs ⁊ ad
iracundiā cōcitatus est: q̄a prouo
cauerunt eum filij sui. ⁊ filie. Et
ait. abscondā faciem meā ab eis:

et considerabo nouissima eorum
Generatio enī peruersa est: ⁊ infi-
deles filij. Ipsi me ꝓuocauerunt
in eo qui non erat deus: et irrita-
uerunt in vanitatibus suis. Et
ego prouocabo eos in eo q̄ non est
populus: et in gēte stulta irritabo
illos. Ignis succensus est in fu-
rore meo: ⁊ ardebit vsq₃ ad inferni
nouissima. Deuorabitq₃ terram
cū₃ germine suo: ⁊ montiū funda-
menta cōburet. Cōgregabo super
eos mala: ⁊ sagittas meas cōple-
bo in eis. Consumentur fame: et
deuorabūt eos aues morsu ama-
rissimo Dētes bestiarū immittā
in eos: cum furore trahentiū super
terrā. atq₃ serpentū Foris vasta-
bit eos gladi⁹: ⁊ intus pauor. I

uenē simul ac virginē: lactentē cuz
homine sene. Et dixi. vbi nā sunt
cessare faciā ex hominibus memo
riam eoꝝ. Sed propter iram ini=
micorū distuli: ne forte superbirēt
hostes eoꝝ. Et dicerēt manus no
stra excelsa: ⁊ nō dn̄s fecit hec oīa.
Gens absqꝫ consilio est ⁊ sine pru
dentia: vtinā saperent ⁊ intellige=
rēt. ac nouissima ꝓuiderēt. Quo
modo ꝑsequebatur vnus mille: et
duo fugarent decē milia. Nonne
ideo quia deus suus vendidit eos:
⁊ dn̄s cōclusit illos. Nō enī est
deus noster vt dij eoꝝ: ⁊ inimici no
stri sunt iudices. De vinea sodo=
moꝝ vinea eorū: ⁊ de suburbanis
gomorre. Uua eorū vua fellis: ⁊
botri amarissimi. Fel draconuz

vinū eorū: ⁊ venenū aspidū insana-
bile Nōne hec condita sunt apud
me: et signata in thesauris meis.
Mea est vltio et ego retribuā eis
in tempore: vt labatur pes eorum
Iuxta est dies perditionis: ⁊ ad-
esse festināt tempora. Iudicabit
dn̄s populū suuꝫ: et in seruis suis
miserebitur. Videbit q̄ infirma-
ta sit manus: ⁊ clausi quoqꝫ defece-
runt. residuiqꝫ cōsumpti sunt. Et
dicent. vbi sunt dij eorū: in quibus
habebant fiduciā. De quoꝝ victi-
mis comedebāt adipes: et bibebāt
vinū libaminū. Surgant ⁊ opitu-
lentur vobis: et in necessitate vos
protegant. Videte q̄ ego sim so-
lus: ⁊ nō sit alius deus preter me.
Ego occidā ⁊ ego viuere faciam:

percutiã ⁊ ego sanabo: et non est q̃
de manu mea possit eruere. Le-
uabo ad celũ manũ meam: ⁊ dicã.
viuo ego in eternũ. Si acuero vt
fulgur gladiũ meũ: ⁊ arripuerint
iudiciũ manus mee. Reddã vltio
nem hostibus meis: ⁊ hijs qui ode
runt me retribuã. Inebriabo sa-
gittas meas sanguine: ⁊ gladius
me⁹ deuorabit carnes. De cruo-
re occisorum: et de captiuitate nu-
dati inimicorum capitis. Lau-
date gentes populum eius: quia
sanguinẽ seruoꝝ suorũ vlciscetur.
Et vindictam retribuet in hostes
eorũ: ⁊ propicius erit terre populi
sui. ¶ Canticũ triũ puerorũ in ca-
mino ignis. scilicet Ananie Azarie
et Misaelis. ¶ Danielis. xij.

BEnedicite oīa opera dn̄i domino: laudate ⁊ superexaltate eum in secula. Bn̄dicite angeli dn̄i dn̄o: benedicite celi domio Bn̄dicite aque omnes que super celos sunt dn̄o: bn̄dicite oṁes virtutes dn̄i dn̄o. Benedicite sol ⁊ luna dn̄o: benedicite stelle celi dn̄o. Benedicite ymber ⁊ ros dn̄o: bn̄dicite oṁis spiritus dei dn̄o. Bn̄dicite ignis et estus dn̄o: bn̄dicite frigus ⁊ estas dn̄o. Bn̄dicite rores ⁊ pruina dn̄o: benedicite gelu et frigus dn̄o Benedicite glacies et niues dn̄o: benedicite noctes et dies dn̄o. Bn̄dicite lux et tenebre dn̄o: benedicite fulgura et nubes dn̄o. Bn̄dicat terra dn̄o: laudet et superexaltet euz in secula. Bn̄-

dicite montes ⁊ colles dn̄o: bn̄dici
te vniuersa germinantia in terra
dn̄o. B n̄dicite fontes dn̄o: bn̄dici
te maria ⁊ flumina dn̄o. B enedi
cite cete ⁊ omnia que mouentur in
aquis dn̄o: benedicite om̄es volu-
cres celi dn̄o. B enedicite omnes
bestie ⁊ pecora dn̄o: benedicite filij
hominū dn̄o. B n̄dicat israel dn̄o
laudet ⁊ superexaltet eū in secula.
B n̄dicite sacerdotes dn̄i dn̄o: be-
nedicite serui dn̄i dn̄o. B n̄dicite
spiritus ⁊ anime iustorū dn̄o: bn̄-
dicite scti ⁊ humiles corde domino.
B n̄dicite anania azaria misael
dn̄o: laudate ⁊ superexaltate eum
in secula. B n̄dicamus patrem et
filiū cum sancto spiritu: laudem⁹
et superexaltemus eum in secula.

Benedictus es domine in firma-
mento celi: et laudabilis ⁊ glorio-
sus et superexaltatus in secula.
Canticum zacharie prophete pa-
tris sancti Johannis baptiste.
Luce primo. clviij.
BEnedictus dn̄s deus israel:
quia visitauit ⁊ fecit redem
ptionē plebis sue. Et erexit cornu
salutis nobis: in domo dauid pue
ri sui. Sicut locut⁹ est per os san-
ctorū: qui a seculo sunt propheta℞
ei⁹. Salutē ex inimicis nostris:
et de manu oim̄ q̇ oderūt nos. Ad
faciendā miam cū patrib⁹ nostris
et memorari testamēti sui sancti.
Iusiurandū qd̄ iurauit ad abra
hā patrē nostrū: daturū se nobis.
Ut sine timore de manu inimico

ruz nostrorũ liberati: seruiamus illi. In sanctitate et iustitia corã ipso: omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: pibis enĩ ante faciẽ dñi parare vias eius. Ad dandam scientiaz salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorũ. Per viscera misericordie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris et in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros. in viam pacis. ¶ Canticum beate Marie.

Magnificat: anima mea dominum. (Luce.i. Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex

hoc beatā me dicent omnes genera
tiones. Quia fecit mihi magna
qui potēs est: ꝛ sanctū nomē eius.
Et misericordia eius a ꝓgenie in
progenies: timentibꝰ eum. Fecit
potentiaz in brachio suo: dispersit
superbos mēte cordis sui. Depo-
suit potentes de sede: et exaltauit
humiles. Esurientes impleuit bo
nis: ꝛ diuites dimisit ianes. Su-
scepit israel puerꝝ suū: recordatus
misericordie sue. Sicut locutus
est ad patres nostros: abraham ꝛ
semini eius in secula. ¶ Canticuz
iusti serui Symeonis. Luce. ii.
Nunc dimittis seruū tuū do
mine: scd̄m verbū tuū in pa-
ce. Quia viderunt oculi mei: sa-
lutare tuuz. Quod parasti ante

faciē: omniū populoꝝ. Lumē ad
reuelationē gentiū: ꝛ gloriam ple
bis tue israel. Gloria. ¶ Canticū
bti Niceti epi. Quidā dicūt ꝙ btūs
Ambrosius cū baptisaret sanctuȝ
Augustinū icepit Te deū lauda-
mus. ꝛ Augustinus respōdit aliū
versuȝ: et sic cōposuerūt hūc hym-
nū. Quod nō est verū sed decātaue
runt illū prius cōpositū per beatū
Nicetū epm viēnēseȝ qd̄ inuit cas-
siodor⁹ de istitutiōe sctāꝝ scriptu-
Te deū laudamus: te (rarū.
dñm confitemur. Te eter
num patrē: omis terra veneratur.
Tibi omes angeli: tibi celi ꝛ vni-
uerse potestates Tibi cherubin ꝛ
seraphin: incessabili voce ꝓclamāt
Sctūs. Sctūs. Sāctus Dñs

deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra: maiestatis glorie tue. Te gloriosus: apostolorum chorus. Te ꝓphetarum: laudabilis numerus. Te martyrū cādidatus: laudat exercitus. Te per orbē terrarum: sctā confitetur ecclesia. Patrē immense maiestatis. Venerandum tuū verū: et vnicū filiū. Sanctum quoq; paraclytū spiritū. Tu rex glorie christe. Tu patris sempiternus es filius. Tu ad liberandum suscepturus hominē: nō horruisti virginis vterū. Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credētibus regna celorū. Tu ad dexterā dei sedes: in gloria patris. Iudex crederis: esse ventur9. Te ergo quesumus tuis famulis subueni: quos

p̃cioso sanguine redemisti. Eterna fac cuȝ sctis tuis gloria munerari. Saluũ fac populũ tuũ dñe: et benedic hereditati tue. Et rege eos ⁊ extolle illos vsq; in eternum. Per singulos dies: bñdicimus te Et laudamus nomẽ tuũ in seculũ ⁊ in seculũ seculi. Dignare domie die isto: sine peccato nos custodire. Miserere nostri domine: miserere nostri. Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodum sperauimus in te. In te dñe speraui: non cõfundar in eternũ.

¶ Symbolũ sancti Athanasij Alexandrie epi de fide catholica.

Quicunq; vult saluus esse: ante oia opus est vt teneat catholicã fidẽ. Quã nisi quisq; in

tegram inuiolatamq̄ seruauerit:
absq̄ dubio in eternū peribit. Fi-
des autē catholica hec est: vt vnū
deū in trinitate. & trinitatē in vni-
tate veneremur. Neq̄ cōfunden-
tes psonas: neq̄ substantiā sepa-
rantes. Alia est enī psona patris
alia filij. alia spiritus sācti. Sed
patris & filij & spiritus sancti vna
est diuinitas: equalis gloria coe-
terna maiestas. Qualis pater
talis filius: talis spiritus sāctus.
Increatus pater increatus filiꝰ
increatus spiritus sctūs. Inmē-
sus pater inmēsus filius: inmen-
sus spiritus sctūs. Eternus pa-
ter eternus filius: eternus spiritꝰ
sctūs. Et tamen non tres eterni:
sed vnus eternus. Sicut nō tres

increati nec tres immēsi: sed vnus increatus et vnus immēsus. Similiter om̄ipotens pater omnipotens filius: omnipotens spiritus sanctus. Et tamen non tres omnipotentes: sed vnus om̄ipotens. Ita deus pater deus filius: deus spiritus sanctus. Et tamen non tres dij: sed vnus est deus Ita dominus pater dominus filius: dominus spiritus sanctus. Et tamen non tres domini: sed vnus est dominus. Quia sicut sigillatim vnamquamq; personam deum ac dominum confiteri: christiana veritate cōpellimur. Ita tres deos aut dominos dicere: catholica religione prohibemur. Pater a nullo est factus: nec creatus nec geni-

tus. Filius a patre solo est: non
factus nec creat⁹ sed genit⁹ Spi-
ritus sctūs a patre & filio: nō fact⁹
nec creat⁹ nec genit⁹ sed ꝓcedens.
Unus ergo pater nō tres patres
vn⁹ filius non tres filij. vnus spūs
sctūs: nō tres spūs scti. Et in hac
trinitate nihil prius aut posteri⁹:
nihil maius aut minus Sed tote
tres psone coeterne sibi sunt: & coe
quales. Ita vt per omnia sicut
iam supradictum est: et vnitas in
trinitate. et trinitas in vnitate ve=
neranda sit. Qui vult ergo sal=
uus esse: ita de trinitate sentiat.
Sed necessarium est ad eternam
salutem: vt incarnationem quoqꝫ
domini nostri iesu christi fideliter
credat. Est ergo fides recta: vt

credamus et confiteamur. quia dominus noster iesus christus dei filius deus et homo est. Deus est ex substantia patris ante secula genitus: et homo est ex substantia matris in seculo natus. Perfectus deus: pfectus homo ex anima rationali. et humana carne subsistens. Equalis patri secundum diuinitatem: minor patre secundum humanitatem. Qui licet deus sit et homo: non duo tamen sed vnus est christus. Unus autem / non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in deũ. Unus omnino non confusione substantie: sed vnitate persone. Nã sicut anima rationalis & caro vnus est homo:

ita deus ⁊ homo vnus est christus
Qui passus est pro salute nostra
descendit ad inferos. tertia die re-
surrexit a mortuis. Ascendit ad
celos sedet ad dexteram dei patris
omnipotentis: inde venturus est
iudicare viuos et mortuos. Ad
cuius aduentum oēs homines
resurgere habent cum corporibus
suis: ⁊ reddituri sunt de factis pro
prijs rationem. Et qui bona ege
runt: ibunt in vitam eternam: qui
vero mala in ignem eternū. Hec
est fides catholica: quā nisi quisq̄
fideliter firmiterq̄ crediderit. sal-
uus esse non poterit. Aña. Ne re-
miniscaris domine delicta nostra vel pa-
rentum nostrorum neq̄ vindictam sumas
de peccatis nostris. parce domine parce

populo tuo/ quem redemisti precioso san=guine tuo ne in eternum irascaris nobis: et ne des hereditatē tuā in perditionē pro=pter nomen tuū. ¶ Sequit Letania.

Kyrie eleyson. Christe eley=son. Christe audi nos Pa=ter de celis deus. Miserere nobis. Fili redemptor mundi deus. Mi=serere nobis. Spiritus sctē deus. Miserere nobis. Sancta trini=tas vnus deus. Miserere nobis.

Sancta maria. Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix. or
Sancta virgo virginū. or
Sancte michael. or
Sancte gabriel. Ora pro nobis.
Sancte raphael. or
Oēs scti angeli et archangeli. orat
Omnes sancti beatorum spirituū

ordines. Orate pro nobis.
Sancte iohannes baptista. or
Omnes sancti patriarche et pro-
phete. Orate pro nobis.
Sancte petre. or
Sancte paule. or
Sancte andrea. or
Sancte iohannes. or
Sancte iacobe. or
Sancte thoma. ora pro nobis.
Sancte philippe. or
Sancte iacobe. or
Sancte mathee. or
Sancte bartholomee. or
Sancte symon. or
Sancte thadee. or
Sancte mathia. or
Sancta barnaba. or
Sancte marce. or

Sancte luca. or
Omnes sancti apostoli et euan=
geliste. Orate pro nobis.
Omnes sancti discipuli domini
et innocentes. Orate pro nobis.
Sancte stephane. or
Sancte line. or
Sancte clete. or
Sancte clemens. or
Sancte fabiane. ora pro nobis.
Sancte sebastiane. or
Sancte cosma. or
Sancte damiane. or
Sancte prime. or
Sancte feliciane. or
Scte dyonisi cu socijs tuis. orate
Scte victor cu socijs tuis. Orate.
Oes sancti martyres. Orate.
Sancte siluester. or

Sancte leo. or.
Sancte hieronime. or.
Sancte augustine. or.
Sancte ysidore. or.
Sancte iuliane. ora pro nobis.
Sancte gildarde. or.
Sancte.medarde. or.
Sancte albine. or.
Sancte eusebi. or.
Sancte swituune. or.
Sancte birine. or.
Omnes sancti cōfessores. Orate.
Oēs sci monachi & heremite. orāt.
Sancta maria magdalena. or.
Sancta maria egypciaca. or.
Sancta birgitta. or.
Sancta margareta. or.
Sancta scolastica. or.
Sancta petronilla. or.

Sancta genoueua. ora pro no.
Sancta praxedis or.
Sancta sotheris. or.
Sancta prisca. or.
Sancta tecla. or.
Sancta affra. ora pro nobis.
Sancta editha. or.
Omnes sancte virgines. Orate.
Omnes sancti. Orate.
Propicius esto. Parce nobis dñe
Ab oĩ malo. Libera nos domie.
Ab insidijs diaboli. Libera. A
damnatiõe ꝑpetua. Libera. Ab
imminẽtibꝰ pctõꝝ nostroꝝ pericu-
lis. Libera. Ab infestationibus
demonũ. Libera. A spiritu forni
catiõis. Li. Ab appetitu inanis
glorie. Libe. Ab omĩ imunũdicia
mentis et corporis. Li. Ab ira et

odio et oī mala volūtate. Li. Ab
immundis cogitationib⁹. Li. A
cecitate cordis. Li. A fulgure et
tēpestate. Li. A subitanea et im-
prouisa morte. Li. Per mysteriū
sctē icarnatiōis tue. Li. Per nati
uitatē tuā. Li. Per sctām circūci-
sionē tuā. Li. Per baptismū tuū.
Libe. Per ieiuniū tuum. Libera
Per passionē et crucem tuam. Li.
Per preciosam mortem tuā. Li.
Per gloriosam resurrectionem
tuam. Libera. Per admirabilē
ascensionem tuam. Libera. Per
gratiaz sancti spiritus paraclyti.
Libera. In hora mortis. Suc-
curre nobis dñe. In die iudicij.
Libe. Peccatores. Te rogamus
audi nos. Ut pacez nobis dones

Te rogamus. Ut misericordia et pietas tua nos custodiat Te rogamus. Ut ecclesiã tuã regere et defensare digneris. Te. Ut dñm apostolicũ & omes gradus ecclesie in sancta religiõe cõseruare digneris. Te ro. Ut episcopos & abbates nostros in sctã religione cõseruare digneris. Te ro. Ut regi nostro & principibus nostris pacem & veram cõcordiam atq; victoriã donare digneris. Te rogamus Ut congregationes omniũ sanctorũ in tuo sancto seruitio conseruare digneris. Te ro Ut cunctũ populum christianũ precioso sanguine tuo redemptum conseruare digneris. Te rogamus. Ut oibus bñfactorib⁹ nostris sempiterna bona

tribuas. Te ro. Ut aias nostras
& parentū nostroꝝ ab eterna dam
pnatione eripias. Te ro. Ut fru-
ctus terre dare & cōseruare digne-
ris. Te. Ut oculos misericordie
tue sup nos reducere digneris Te
Ut obsequiū seruitutis nostre ra
tionabile facias. Te. Ut mētes
nr̄as ad celestia desideria erigas.
Te. Ut miserias paupeꝝ & capti
uorū intueri et releuare digneris.
Te. Ut oībus fidelib⁹ defunctis
requiē eternā dones. Te. Ut nos
exaudire digneris. Fili dei. Te.
Agnus dei qui tollis pctā mūdi:
exaudi nos dn̄e. Agnus dei q̇ tol
lis pctā mundi: parce nobis dn̄e.
Agnus dei q̇ tollis pctā mundi:
miserere nobis. Kyrieleysō. Chri-

ste eleyson. Kyrie eleysō. Pater nr̄
Et ne nos inducas in tēptationē
Sed libera nos a malo. Ostende
nobis dn̄e misericordiā tuā. Et sa
lutare tuū da nobis Et veniat su
per nos misericordia tua dn̄e. Sa
lutare tuū scd̄m eloquiū tuū. Pec
cauimus cū patrib⁹ nostris. Iniu
ste egimus iniqtatē fecim⁹. Dn̄e
nō scd̄m pctā nostra facias nobis.
Neqꝫ scd̄m iiqtates nostras retri-
buas nobis. Orem⁹ pro oīmi gra
du ecclesie. Sacerdotes tui induā-
tur iustitiā: ⁊ scti tui exultēt Dn̄e
saluū fac regem. Et exaudi nos in
die qua inuocauerimus te. Pro
fratrib⁹ ⁊ sororibus nostris. Sal-
uos fac seruos tuos ⁊ ancillas tu
as: deus me⁹ sperātes in te. Pro

cuncto populo christiano. Saluū fac populū tuū dn̄e ꝛ bn̄dic hereditati tue et rege eos et extolle illos vsqꝫ in eternum. Dn̄e fiat pax in virtute tua. Et abūdātia in turribus tuis. Anime famuloꝝ famularūqꝫ tuarū requiescant in pace. Amē. Dn̄e exaudi orationē meā. Et clamor meꝰ ad te veniat. Dn̄s vobiscū. Et cū spū tuo. Oremus.

Deus cui propriū est misereri semper ꝛ parcere: suscipe deprecationē nostraꝫ / ꝛ quos delictorum cathena cōstringit miseratio tue pietatis absoluat. Per xp̄ꝫ dn̄m nostrum. Oremus Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus: p̄tēde sup famulos tuos pō

fices et sup cūctas cōgregatiōes illis commissas spiritū gratie salutaris: & vt in veritate tibi cōplaceant perpetuū eis rorez tue benedictionis infunde. Oratio.

DEus qui charitatis dona per gratiaz sancti spiritus tuorū cordib9 fideliū infundis: da famulis & famulab9 tuis fratrib9 et sororib9 nostris pro quibus tuā deprecamur clemētiā salutē mentis et corporis: vt te tota virtute diligant et que tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Oratio.

DEus a quo sācta desideria recta consilia et iusta sunt opera da seruis tuis illā quā mundus dare non potest pacem: vt et corda nostra mādatis tuis dedita

et hostiũ sublata formidie tẽpora sint tua ꝓtectiõe tranqlla. Oratio

INeffabilẽ miam tuã nobis quesum⁹ dñe clemẽter osten de vt simul nos ⁊ a pctis oibus exuas: et a penis quas pro his mere mur benignus eripias. Oratio.

FIdeliũ deus oim cõditor et redẽptor aiab⁹ oim fideliũ defunctoꝝ remissionẽ cunctoꝝ tribue pctõꝝ: vt indulgẽtiã quã optauerũt pijs supplicatiõib⁹ cõsequãt

PIetate tua quesum⁹ (Orõ. dñe nostrorũ solue vincula oim delictoꝝ: ⁊ intercedẽte beata gl'iosa sempqꝫ virgine dei genitrice maria: cũ oibus sctis tuis nos famulos tuos ⁊ oẽm populũ catholi cũ in oi sctitate custodi oẽsqꝫ cõsan

¶ Dominica prima aduentus.
¶ Sequuntur Hymni per totum annum dicendi/in vesperis et matutinis/secundũ tempus cui competunt ordinati: vesperarum/matutinarum et laudum: ordine recto/ad vsum Sarum et Eboracensis. ¶ Dominica prima aduẽtus domini. Ad vesperas. Hymnus.i.

Conditor alme siderũ: eterna lux credentium christe redemptor oim exaudi p̃ces supplicũ. Qui condolens interitu/mortis perire seculũ: saluasti mundũ languidũ/donans reis remediũ. Vergẽte mundi vespere/vti sponsus de thalamo: egressus honestissima/virginis matris clau

sula. Cuius forti potentie/ genu curuantur omnia: celestia terrestria/ fatentur nutu subdita. Te deprecamur agie / venture iudex seculi: conserua nos in tempore hostis a telo perfidi. Laus honor virtus gloria/ deo patri et filio sancto simul paraclyto / in sempiterna secula. Amen. Hymnus.

TE lucis ante terminum/ rerum creator poscimus: ut solita clementia / sis presul ad custodiam. Procul recedant somnia et noxium fantasmata: hostemque nostrum comprime / ne polluantur corpora. Presta pater omnipotens/ per iesum christum dominũ: qui tecum imperpetuum / regnat cum sancto spiritu. Amen. Ca

nocturnum. Hymnus.iij.
VErbum supernuz prodiēs/ a patre olim exiēs: qui natus orbi subuenis / cursu decliui temporis. Illumina nunc pectora/ tuoq amore concrema: audito vt preconio / sint pulsa tandem lubrica. Iudexq cū post aderis/ rimari facta pectoris: reddens vicem pro abditis/iustisq regnū pro bonis. Non demū artemur malis pro qualitate criminis: sed cuz beatis compotes / simus perēnes celibes. Laus honor virtus gloria deo. &c. Ad laudes. Hy9.iiij.
VOx clara ecce intonat / obscura queq increpat: pellātur emin9 somnia/ab ethre christ9 promicat. Mēs iā resurgat torpida

que sorde extat saucia: sydus refulget iam nouũ/ vt tollat omne noxium. E sursum agnus mittitur laxare gratis debitũ: omes pro indulgentia/ vocem demus cum lachrymis. Secūdo vt cũ fulserit/ mūq dũqꝫ horror cinxerit: nõ pro reatu puniat/ sed pius nos tunc ꝓtegat. Laus honor virtus gl'ia. ¶ De sctã Maria Ad vesvas. Hymn⁹. v.
Ave maris stella/ dei mater alma: atqꝫ semp virgo/ felix celi porta. Sumens illud aue gabrielis ore: funda nos in pace mutãs nomen eue. Solue vincla reis/ profer lumen cecis: mala nostra pelle/ bona cũcta posce. Monstra te esse matrẽ/ sumat per te preceꝫ: qui pro nobis natus/ tulit esse

nus. Uirgo singularis/inter omnes mitis: nos culpis solutos mites fac & castos. Uitã presta purã iter para tutũ: vt videntes iesum/ semper colletemur. Sit laus deo patri/summo christo decus: spiritui sctõ/tribus honor vnus. Amẽ.
Mescta Maria ad noct. Hy⁹.vj.
Quem terra põthus ethera/ colunt adorant predicant: trinã regentẽ machinã / claustruz marie baiulat. Cui luna / sol / et oĩa / deseruiũt per tẽpora: pfusa celi gratia: gestant puelle viscera. Beata mater munere/ cuius supernus artifex: mundũ pugillo cõtinens/ventris sub archa clausus est. Beata celi nuncio/fecũda sancto spiritu: desideratus gentibus/

cuius per auctu fusus est. Gloria tibi dñe / qui natus es de virgine: cum patre et sancto spiritu/ in sempiterna secula. Amen. ¶ De scta maria. Ad laudes. Hymnus. viij.

O Gloriosa femina/ excelsa super sydera: q̄ te creauit prouide/ lactās sacrato vbere. Quod eua tristis abstulit/ tu reddis almo germine: intrent vt astra flebiles/ celi fenestra facta es. Tu regis alti ianua/ et porta lucis fulgida: vitā datam per virginē/ gentes redempte plaudite. Gloria tibi dñe qui natus es de virgīe: cū patre et sctō spiritu/ in sempiterna secula. Amē. ¶ De natiui. dñi. Hy⁹. viij.

VEni redēptor gentiū/ ostende partum virginis: mire

mne seculu: talis decet partus deum
Non ex virili semine/sed mystico
spiramine: verbum dei factuz caro/
fructusq3 ventris floruit. Aluus
tumescit virginis/ claustra pudo=
ris permanent: vexilla virtutum
micant/ versatur in templo deus.
Procedens de thalamo suo / pu=
doris aula regia: gemine gygas
substantie: alacris vt currat viaz.
Egressus ei9 a patre / regressus
eius ad patrem: excursus vsq3 ad in=
feros/recursus ad sedem dei. Equa
lis eterno patri carnis tropheo ac
cingere: infirma nostri corporis /
virtute firmans perpetim. Presepe
iam fulget tuum/lumenq3 nox spi
rat nouum: quod nulla nox interpol
let/fideq3 iugi luceat. Deo patri

sit gloria/eiusq; soli filio: cum spiri
tu paraclyto / et nunc et imppetuũ.
Amen. ¶ Ad noctur. Hymnus.x.
Christe redemptor oim/ex pa
tre patris vnice: solus ante
principium / natus ineffabiliter.
Tu lumen tu splendor patris/tu
spes perennis oim: intende quas
fundũt preces/tui per orbẽ famuli
Memẽto salutis auctor/q nostri
quondã corporis: ex illibata virgi
ne/ nascendo formam sumpseris.
Hic presens testatur dies/currẽs
per anni circulũ quod solus a sede
patris / mundi salus adueneris.
Hunc celũ terra hunc mare hunc
oĩe quod in eis est: auctorẽ aduẽ
tus tui / laudat exultans cantico.
Nos quoq; qui sctõ tuo redempti

mus sanguine: ob diem natalis
tui/hymnũ nouũ cõcinnim⁹ G. Gloria
tibi dñe q.
¶ Ad laud. Hymn⁹.x.

A Solis ortus cardine / ad
vsq̃ terre limitẽ: christũ ca
namus principẽ/ natũ maria vir-
gine. Beatus auctor seculi/ seruile
corpus induit: vt carne carnẽ li-
berans/ ne perderet quos cõdidit.
Caste parẽtis viscera/celestis in-
trat gratia: venter puelle baiulat
secreta que nõ nouerat. Domus
pudici pectoris/templũ repente fit
dei: intacta nesciẽs virũ/verbo cõ-
cepit filium. Enixa est puerpera/
quẽ gabriel p̃dixerat: quẽ matris
aluo gestiens/ clausus iohannes
senserat. Feno iacere ꝑtulit/pre-
sepe non abhorruit: paruoq̃ lacte

pastus est / per quē nec ales esurit.
Gaudet chorus celestiū / et angeli
canunt deo: palamqꝫ fit pastoribꝰ
pastor creator oīm. Gloria tibi dñe
q̄ natꝰ. ¶ De sctō stephano. Hyꝰ xi.
SAncte dei preciose / protho-
martyr stephane: q̄ virtute
charitatis circūfultus vndiqꝫ / do-
minū pro inimico exorasti populo
Funde p̄ces pro deuoto / tibi nūc
collegio: vt tuo ꝓpiciatꝰ interuētu
dñs nos purgatos a petis / iūgat
celi ciuibꝰ. Gloria et honor deo vsq-
quo altissimo / vna patri filioqꝫ in
clito paraclito: cui laus est et pote-
stas per eterna secula. Amē. ¶ In
die epiphanie dñi. Ad ves. Hyꝰ. xii.
HOstis herodes ipie / christū
venire qd times: non eripit

mortalia / qui regna dat celestia. Ibant magi quã viderãt / stellaz sequẽtes preuiã: lumẽ requirũt lumine / deũ fatentur munere. Lauacra puri gurgitis / celestis agn⁹ attigit: peccata q̃ non detulit / nos abluendo sustulit. Nouũ genus potentie / aque rubescunt hydrie: vinũq₃ iussa fundere / mutauit vnda originem. Gloria tibi domine / qui apparuisti hodie: cum patre & sacro spiritu / in sempiterna secula. Amẽ. ¶ Ad laudes. Hymnus. xiij.

A Patre vnigenitus / ad nos venit per virginem: baptisma cruce cõsecrãs / cũctos fideles generans. De celo celsus prodijt excepit formã hõis: facturã morte redimẽs / gaudia vite largiens.

Hoc te redẽptor quesumus / illa-
bere propicius: clarũqꝫ nostris sen
sibus / lumẽ prebe fidelibus. Ma-
ne nobiscũ dñe / noctẽ obscurã re-
moue: omne delictũ ablue piam me
delam tribue. Quez iam venisse
nouimus / redire item credimus:
tu sceptrũ tuũ inclitũ / tuo defende
clypeo. Gloria tibi dñe / qui appa-
ruisti hodie: cũ patre ⁊ sctõ spiritu
in sẽpiterna secula. Amẽ. ¶ Dñica
prima .xl. Ad vespas. Hymn⁹.

Ex more docti mystico / serue-
mus hoc ieiuniũ: deno dierũ
circulo / ducto quater notissimo.
Lex ⁊ prophete primitus / hoc pre
tulerũt postmodũ: christus sacra-
uit omniũ / rex atqꝫ factor tempo-
Utamur ergo parcius / verbis ci

uis & potib⁹: somno tocis & arcius
perstemus in custodia. Uitemus
ante pessima / que subruūt mētes
vagas: nullūqȝ demus callido / ho
sti locū tyrānidis. Dicamus oēs
cernui / clamem⁹ atqȝ singuli: plo-
remus ante iudicē / flectamus irā
vindicē. Nostris malis offendi-
mus / tuā deus clementiā: effunde
nobis desup / remissor indulgētiā.
Memēto q̄ sumus tui licet cadu-
ci plasmatis: ne des honorē nomi
nis / tui p̄camur alteri. Laxa ma
lum qḋ fecimus / auge bonū quod
poscimus: placere quo tandē tibi /
possimus hic & perpetim. Presta
btā trinitas / ꝯcede simplex vnitas
vt fructuosa sint tuis ieiuniorum
munera. Amē. ¶ Ad noct. ps. xv.

Summe largitor premij spes
qui es vnica mundi: preces
intende seruorum/ ad te deuote cla-
mantiũ. Nostra te cõscientia/ gra
ue offendisse mõstrat: quã emun-
des supplicamus/ ab omnibus pia
culis. Si renuis quis tribuet/ in-
dulge quia potens es: te corde ro-
gare mundo/ fac nos pcamur dñe
Ergo acceptare nostrũ/ q̇ sacra-
sti ieiuniũ: quo mystice paschalia
capiamus sacramẽta. Summa
nobis hoc cõferat/ in deitate trini-
tas: in qua gliat vn⁹ p cuncta secla
deus. Amẽ. ¶ Ad laudes. Hy⁹ ext.
Audi benigne conditor/ no-
stras preces cum fletib⁹ in
hoc sacro ieiunio/ fusas quadra-
genario. Scrutator alme cordiũ

infirma tu scis virium: ad te reuer=
sis exhibe / remissionis gratiam.
Multū quidē peccauim⁹ / sed par=
ce cōfitentib⁹: ad laudē tui nomi=
nis cōfer medelā languidis. Sic
corpus extra conteri / dona per ab
stinentiā: ieiunet vt mēs sobria / a
labe prorsus criminū. Presta btā
tri. ¶ Dñica iij. xl Ad vesp. hy⁹. xviij.
Ecce tempus idoneū / medici
na peccaminū: q̄bus deum
offendimus corde verbis operib⁹.
Qui pius ac ꝓpicius / nobis pe=
percit hactenus: ne nos cū nostris
ꝑderet / tātis iniquitatib⁹. Hunc
igit ieiunijs / cum precib⁹ ⁊ lachri=
mis: multisq̄ bonis alijs placem⁹
deuotissimi. Ut nos a cūctis sor=
dibus / purgans ornet virtutibus

angelicis ꝛ cetibꝰ/cōiungat in cele
stibꝰ. Sit bn̄dictꝰ genitoꝛ/ eiusqꝫ
vnigenitus cū spū paraclito: trin
et vnꝰ dn̄s. ¶ Ad noct. Hyꝰ. xviij.

Clarum decus ieiunij/ mon
straꝛ orbi celitus: quo chri
stus auctoꝛ oīm/ cibis dicauit ab
stinēs. Hoc moyses carus deo le
gisqꝫ latoꝛ factus est: hoc helyam
ꝑ aera curru leuauit igneo. Hinc
daniel misteria/ victoꝛ leonū vide
rat: per hoc amicus intimus/ spō
si iohānes claruit. Hec nos sequi
dona deus/ exempla parsimonie:
tu robur auge mentiū/ dans spiri
tale gaudiū. Presta pater ꝑ filiū
presta per aluū spiritum: cum his
per euum triplici/ vnus deus co
gnomine. ¶ Ad laudes. xix.

IEsu quadragenarie / dicator abstinentie: qui ob salutem mentiũ / hoc sanxeras ieiuniũ Quo paradiso redderes / seruatos parcymonia: quos inde castrimargia illecebrosa depulit Adesto nunc ecclesie / adesto penitentie que pro suis excessib9 / orat profusis fletib9. Tu retroacta crimina remitte gratia: & a futuris adhibe / custodiã mitissime. Ut expiati annuis / ieiuniorũ victimis: tendamus ad paschalia digne colenda gaudia. Presta pater per.

¶ In passiõe dñi. Ad ves. Hy9. xx.

VExilla regis prodeunt / fulget crucis mysterium: quo carne carnis cõditor / suspẽsus est patibulo. Cõfixa clauis viscera /

tendēs manus vestigia: redēptio-
nis gratia/hic imolata est hostia.
Quo vulneratus insup̄/ mucro-
ne dire lancee: vt nos lauaret cri-
mine/ manauit vnda sanguine.
Impleta sunt que cōcinit/ dauid
fidelis carmine: dicēdo natiōibus
regnauit a ligno deus. Arbor de-
cora & fulgida/ ornata regis pur-
pura: electa digno stipite/ tam san-
cta mēbra tangere. Beata cuius
brachijs/ preciū pepēdit seculi: sta-
tera facta est corporis/ predamq;
tulit tartaris. O crux aue spes
vnica/hoc passiōis tempore: auge
pijs iustitiam/reisq; dona veniam.
Te summa deus trinitas/ collau-
det ois spūs: quos per crucis my-
sterium/ saluas rege p̄ secula. Amen.

¶ Ad completoriũ. Hymnus. xxi.

Cultor dei memẽto/te fontis et lauacri/ rorẽ subisse sctm̃ te crismate innouatũ. Hac cũ vocante sõno castũ petis cubile: frõtẽ locũqꝫ cordis/crucis figura signet Crux pellit oẽ crimẽ fugiũt crucẽ tenebre: tali dicata signo mẽs fluctuare nescit. Procul o procul vagantũ/portẽta somnioꝝ: ꝓcul esto peruicaci ꝓstigiator astu. O tortuo se serpẽs/q̃ mille ꝑ meãdros: fraudesqꝫ flexuosas agitas q̇eta corda. Discede xp̃s hic est xp̃s hic est liq̃-sce signũ qđ ip̃e nosti dãnat tuã catervã. Corp⁹ licet fatiscẽs/iaceat recliue paululũ/xp̃m tamẽ sub ip̃o meditabit sopore. Gloria eterno prĩ et xp̃o đo regi/ paclytoqꝫ sctõ ⁊ nũc

et imperpetuum. Amen. ¶ Dñica in passione. Ad horas. Hy⁹. xviii.

Pange lingua gloriosi / prelii certaminis: et super crucis tropheū / dic triumphū nobilē qualiter redēptor orbis: immolatus vicerit. De parentis prothoplasti / fraude facta condolēs / quā pomi noxialis: morte morsu corruit / ipse lignū tunc notauit / dāna ligni vt solueret. Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat / multiformis proditoris / ars vt artē falleret: & medelā ferret inde / hostis vnde leserat. Quando venit ergo sacri / plenitudo temporis: missus est ab arce patris / natus orbis conditor: atq̧ vētre virginali / caro factus prodijt. Gloria et honor deo

vsqꝫ quo altissimo vna patri filioqꝫ inclyto paraclyto cui laus est ꝛ potestas per eterna secula. Amen.

Ad laudes. Hymnus. xxiij.

Lustra sex qui iam peracta tempus implens corporis: sponte natus ad hoc passioni deditus agnus in cruce leuatꝰ immolandus stipite. Hic acetũ/fel/arũdo/sputa/clauis/lancea/mite corpus perforatꝰ/sanguis vnda profluit: terra/ponthus/astra/mundus/quo lauantur flumie. Crux fidelis inter om̄es/arbor vna nobilis: nulla silua talē pfert/fronde flore germine: dulce lignũ/dulces clauos/dulce pōdus sustinet. Flecte ramos arbor alta/tensa laxa viscera/ et rigor lētescat ille/qnem

dedit natiuitas: ut superni mēbra regis / miti tendas stipite. Sola digna tu fuisti / ferre preciū seculi / atq₃ portū preparare / nauta mundo naufrago: quē sacer cruor perunxit / fusus agni corpore. Gloria

¶ Die dñica i āl. Aduēs. Hy⁹ xxiiij.

Chorus noue hierusalez / nouam meli dulcedinē / pmat colēs cū sobriȷs paschale festū gaudiȷs. Quo christus inuictus leo / drachone surgens obruto: dū uoce uiua psonat / a morte functos excitat. Quā deuorarat improbus / predā refudit tartarus: captiuitate libera / iesum sequunt agmina. Triūphat ille splendide / & dign⁹ amplitudie: soli poliq₃ patriā / unā facit rēpublicā. Ipsum canendo

supplices/ regē precemur milites/ ut in suo clarissimo: nos ordinet palatio. Per secla mete nescia/ patri supremo gloria: honorque sit cū filio et spiritu paraclyto. Amen.

Ad nocturnū. Hymnus.xxv.

Aurora lucis rutilat/ celum laudib⁹ intonat: mundus exultās iubilat gemēs infern⁹ ululat. Cū rex ille fortissimus/ mortis cōfractis viribus: pede conculcās tartara soluit a pena miseros Ille q̇ clausus lapide/ custoditur sub milite triūphās pōpa nobili victor surgit de funere. Solutis iā gemitib⁹ et inferni dolorib⁹: q̇a surrexit dn̄s/ resplendēs clamat angelus Tristes erāt apostoli/ de nece sui dn̄i: quem pena mortis crudeli

seruū dānarant impij. Quesumꝰ auctor oīm / in hoc paschali gaudio: ab omni mortis impetu / tuū defende populū. Gloria tibi dñe qui surrexisti a mortuis: cū patre ⁊ sācto spiritu / in sempiterna secula. Amē. ¶ Ad laudes. Hymnꝰ. xxvi.

Sermone blando angelus / predixit mulieribꝰ: in galileam dñs / videndus est q̄ totius. Ille dum pergunt cōcite / apostolis hoc dicere: vidētes eum viuere / osculant pedes dñi. Quo agnito discipuli / in galileā ꝑpere: pergūt videre faciem desideratā domini. Claro paschali gaudio / sol mundo nitet radio: cū christū iam apostoli / visu cernūt corporeo. Ostensa sibi vulnera / in christi carne ful

gida: resurrexisse dñm voce fatent publica. R ex christe clementissime/tu corda nostra possi de: vt tibi laudes debitas/reddamus omni tẽpore. Q uesum⁹ auctor omniũ. Gloria tibi dñe/q̃ surrexisti a mortuis. &c. ¶ Sabbato in octa. pas.
Ad vesperas. Hymnus. xxviij.
AD cenã agni prouidi/& stolis albis cãdidi: post transituz maris rubri/christo canam⁹ principi. C uius corpus sanctissimuz/in ara crucis torridũ: cruore eius roseo/gustando viuim⁹ deo. P rotecti pasce vespe/a deuastante angelo: erepti de durissimo pharaonis imperio. I am pascha nostruz christus est/qui immolatus agn⁹ est sinceritatis azima/caro

eius oblata est. O vere digna hostia / per quā fracta sunt tartara: redēpta plebs captiuata / redit ad vite pmia. Cōsurgit christus tumulo / victor redit de baratro: tyrānū trudēs vinculo / & reserās paradisum. Quesumus auctor oīm. Gloria tibi dñe qui. ¶ In ascensiōe dñi. Ad vesperas. Hymnus. xxviij.

Eterne rex altissime / redemptor & fideliū: quo mors soluta deperit / dat triūphus gratie. Scandens tribunal dextere / patris potestas oīm: collata est iesu celitus / que non erat humanitus. Ut trina rerū machina / celestium terrestriū: & infernoꝝ condita / flectant genu iam subdita. Tremūt videntes angeli / versa vice mortā

tium: culpat caro purgat caro/ regnat deus dei caro. Tu esto nostrū gaudiū/ q̄ es futurus premiū sit nostra in te gl'ia per cūcta semp secula. Gloria tibi dn̄e/ qui scandis supra sydera: cum patre & sctō spiritu in sempiterna secula. Amē

¶ In die ascen. Ad laud. hy⁹. prir.

Tu xp̄e nostrū gaudiū / manens olimpo preditū: mundi regis qui fabricā/ mūdana vincens gaudia. Hinc te p̄cātes que sum⁹/ ignosce culpis oib⁹: et corda sursū sublеua/ ad te supna gratia Ut cum rubente ceperis/ clarere nube iudicis: penas repellas debitas reddas coronas pditas. Tu esto nostrū gaudiū. Gl'ia tibi dn̄e qui scandis supra sydera ¶ In die

pentheco. Ad vesp. et noct. Hy⁹. xxx.

Iam christus astra ascende-
rat / regressus unde venerat
promisso patris munere scm̄ datu
rus spiritū. Solemnis urgebat
dies / quo mistico septēplici: orbis
volutus septies signat btā tēpora
Dum hora cunctis tertia / repēte
mundus intonat: orantib⁹ aposto
lis / deū venisse nūciat. De patris
ergo lumie / decorus ignis almus
est: qui fida christi pectora / calore
verbi cōpleuit. Uudū sacrata pe
ctora / tua replesti gratia: dimitte
nunc peccamīa / et da q̄eta tēpora.
Sit laus patri cū filio / sctō simul
paraclito: nobisq̄ mittat filius ca
risma scti spiritus. Amē. ¶ In fe
sto penthe. Ad laudes. Hy⁹. xxxi.

IMpleta gaudēt viscera/ afflata sctō spiritu: voces diuersas itonāt fant dei magnalia.
Ex omni gente cogniti/ grecis lati nis barbaris: cunctisq admirantibus/ linguis loquunt omnium.
Iudea tūc incredula/ vesana toruo spiritu: ructare musti crapulā/ alūnos christi concrepat. Sed signis et virtutib9/ occurrit et docet petr9: falsa profari pfidos iohelis testimonio. Duduz sacrata pec.
Sit laus. ꝛc. ¶ Ad hoc. Hy9 xxxij.
VEni creator spiritus/ mentes tuoꝝ visita: imple supna gratia/ que tu creasti pectora.
Qui paraclitus diceris donū dei altissimi: fons viuus ignis charitas/ ꝛ spiritalis vnctio. Tu septi

formis munere/dextre dextu digi-
tus: tu rite pmissũ patris/ sermõe
ditãs guttura. Accẽde lumẽ sen-
sibus/ infunde amorẽ cordib⁹: in-
firma nostri corporis/ virtute fir-
mans perpetim. Hostez repellas
longius/ pacẽqꝫ dones ptinus: du-
ctore sic te pruio/ vitem⁹ omne noxiũ
Per te sciamus da patrez/ noscamus
mus atqꝫ filiũ: te vtriusqꝫ spiritũ/
credam⁹ omni tempore. Sit laus
patri cuz filio/ sancto simul para.
¶ Ad scdas vespas. Hymn⁹ xxxiii.
BEata nobis gaudia anni re-
duxit orbita: cum spiritus
paraclitus/ effulsit in discipulos.
Ignis vibrãte lumine/ lingue fi-
gurã depulit: verbis vt essent pro-
flui/ & charitate feruidi Linguis

loquunt omniũ / pauẽt turbe gen-
tiliũ: musto madere deputãtq̃ quos
spiritus repleuerat. Patrata sũt
hec mystice / pasche peracto tempore
sacro dierum numero quo lege fit
remissio. Te nunc deus piissime /
vultu p̃camur cernuo: illapsa no-
bis celitus / largire dona spiritus.
Dudum sacrata pectora. Sit
laus patri cũ filio. ¶ In festo scte
Trinita. Ad vel. ⁊ noc. Hy⁹ xxxiiij.
Adesto sancta trinitas par
splẽdor vna deitas: qui ex-
tas rerũ omniũ / sine fine pricipiũ.
Te celorum militia / laudat ado
rat predicat: triplexq̃ mundi ma-
china / bñdicit per scła. Assumus
et nos cernui / te adorãtes famuli:
vota p̃cesq̃ supplicũ / hymnis iũge

celestiū. Unū te lumen credimus quod ter idē colimus: alpha et o quem dicimus/te laudat om̄is spiritus. Laus patri sit ingenito/ laus eius vnigenito: laus sit sancto spiritui/ trino deo et simplici. Amen. ¶ Ad laud. Hymn⁹. xxxv.

O Pater sancte mitis atq; pie/ o iesu christe fili venerande: paraclyteq; spiritus/ o alme deus eterne Trinitas sancta/ vnitasq; firma/deitas vera/bonitas immēsa/lux angelorū/ salus orphanorū/ spesq; cunctorū. Seruiūt tibi/cuncta q̄ creasti te tue cuncte/laudant creature: nos quoq; tibi/ psallim⁹ deuoti/tu nos exaudi Gloria tibi om̄ipotēs deus trinus et vnus/magnus et excelsus: te decet hymnus/

honor laus & decus / nūc et in euū. Amen. ¶ In festo corporis christi Ad vesperas. Hymnus. xxxvj.

SAcris solemnijs iūcta sint gaudia / et ex precordijs sonent preconia: recedāt vetera noua sint oīa / corda voces & opera. Noctis recolitur cena nouissima qua christus creditur agnū & azima: dedisse fratribus iuxta legitima / priscis indulta patribus. Post agnū typicū expletis epulis corpus dñicuz datū discipulis: sic totū oībus quod totuz singulis / eius fatemur manib⁹ Dedit fragilib⁹ corporis ferculū / dedit & tristibus sanguinis poculū: dicēs accipite quod trado vasculū / omnes ex eo bibite. Sic sacrificiuz istud

instituit/ cuius officiũ cõmitti voluit: solis presbiteris quib⁹ sic congruit/ vt sumant et dent ceteris.
Panis angelicus fit panis hoim dat panis celic⁹ figuris terminuz: o res mirabilis mãducat dominũ pauper seruus ꝛ humilis. Te trina deitas vnaqꝫ poscimus/ sicut nos visitas sic te recolim⁹: ꝑ tuas semitas duc nos quo tẽdimus/ ad lucem quam inhabitas. Amen.
¶ Ad nocturnũ. Hymnus. xxxviij.
Pange lingua gloriosi/ corporis mysteriũ: sãguinisqꝫ preciosi/ quem in mundi ꝓciũ/ fructus ventris generosi/ rex effudit gentiũ. Nobis datus nobis natus/ ex intacta virgine: et in mundo cõuersatus/ sparso verbi semie

...ni moras incolatus miro clausit
...dine In supreme nocte cene/re-
...umbens cum fratribus: obserua
...a lege plene/cibis in legalib⁹ cibū
...urbe duodene se dat suis manib⁹
Verbū caro panem verū/verbo
...arnem efficit fitq̧ sanguis christi
...merū: & si sensus deficit/ad firmā-
...um cor sincerū/sola fides sufficit
Tantū ergo sacramentū venere
...mur cernui: et antiquū documētū
...ouo cedat ritui/prestet fides sup
...lementū/sensuū defectui. Geni-
...ori genitoq̧/laus & iubilatio: sa-
...us honor virtus quoq̧/sit & bn̄di-
...tio/procedenti ab vtroq̧ cōpar sit
...audatio Amē. Ad lau. hy⁹ xxxviii
VErbū supernū prodiēs/nec
patris linquēs dexterā: ad

opus suū exiens / venit ad vite vesperā. In mortē a discipulo / suis tradēdus emulis: prius in vite ferculo se tradidit discipulis. Quib⁹ sub bina specie / carnez dedit ꝛ sanguinē: vt duplicis substantie / totū cibaret hominē. Se nascēs dedit sociū cōuescēs in eduliū: se moriēs in preciū / se regnās dat in premiū. O salutaris hostia / que celi pandis ostiū: bella premūt hostilia / da robur fer auxilium. Uni trinoqꝫ dn̄o / sit sempiterna gloria: q̄ vitaz sine termīo / nobis donet in patria. Amen. ¶ In dedicatiōe ecclesie ad vesperas ꝛ noct. Hymnus. xxxix.

URbs beata hierusalē dicta pacis visio: que cōstruitur in celis viuis ex lapidibus / ꝛ ange

lis coornata vt sponsata comite.
Noua veniēs e celo/nuptiali thalamo/preparata vt sponsata: copuletur dño: platee et muri eius ex auro purissimo. Porte nitēt margaritis/aditis patentibus et virtute meritorum: illuc introducitur/oīs qui pro christi nomine/hic in mundo premitur. Tunsionibus pressuris expoliti lapides suis coaptantur locis/per manus artificis: disponuntur permansuri sacris edificijs. Gloria et honor deo vsquequo altissimo/vna patri filioque inclyto paraclyto: cui laus est et potestas per eterna secula Amē. ¶ Ad laudes. Hy⁹. xl
Angulare fundamentū/lapis christus missus est qui compage parietū in vtroque nectitur:

quez syon sctã suscepit / in quo credens permanet. Omnis illa deo grata / & dilecta ciuitas / plena modulis in laude & canoro iubilo trinum deũ vnũ quoq3 / cũ fauore predicat. Hoc in tẽplo summe deus / exoratus adueni / & clementi bonitate: precum vota suscipe / largam bñdictionem / hic infunde iugiter. Hic promereantur om̃es / petita adquirere: & adepta possidere cuz sctis perhenniter: paradisum introire translati in requiẽ. Gloria & honor deo vsq3quo altissimo: vna patri filioq3 inclyto paclyto / cui laus est & potestas p eterna scl'a. Amen

¶ Die dñica ad noct. A Dñe ne in ira. vsq3 ad quadra. Hy⁹. xl.

PRimo dierum omniũ / quo

mundus extat cōditus: vel quo re
surgens conditor nos morte victa
liberet. Pulsis procul torporib⁹/
surgamus omnes ocius: et nocte
queramus piū/sicut prophetā no=
uimus. Nostras p̄ces vt audiat/
suamq3 dextram porrigat: & expia
tos sordibus/reddat polorꝝ sedib⁹
Ut quiq3 sacratissimo/hui⁹ diei
tempore: horis quietis psallimus
donis beatis muneret. Iam nūc
paterna claritas/te postulamus
affatim: absit libido sordidans/
oisq3 actus noxi⁹. Ne feda sit vel
lubrica/cōpago nostri corporis: p
quā auerni ignib⁹/ipsi crememur
acrius. Ob hoc redēptor q̄suim⁹ vt
probra nostra diluas: vite perennis
cōmoda/nobis benigne conferas.

Quo carnis actu exules / effecti ipsi celibes: vt prestolamur cernui melos canamus glorie. Amen. A Deus omnium. vsq ad aduentū dñi ad nocturnum. Hymnus. xlij.

Nocte surgētes / vigilemus omnes: semp in spsalmis meditemur atq viribus totis dño canamus dulciter hymnos. Ut pio regi / pariter canentes: cū suis sanctis / mereamur aulā: ingredi celi simul beatā ducere vitā. Prestet hoc nobis deitas beata: patris ac nati pariterq sancti: spiritus cui⁹ reboat in omni gloria mūdo. Amē. A. Domine ne in ira. vsq ad. xl.

Ad laudes. Hymnus. xliij.

Eterne rerū conditor / noctē diemq qui regis: et tempor

das tempora/ vt alleues fastidiũ.
Preco diei iam sonet/ noctis pro=
funde peruigil: nocturna lux vian
tibus/ a nocte noctem segregans.
Hoc excitatus lucifer soluit polũ
caligine: hoc oĩnis erroꝝ chorus/
viam nocendi deserit Hoc nauta
vires colligit/ põtiq; mitescunt fre
ta: hoc ipsa petra ecclesie/ canente
culpam diluit. Surgamus ergo
strenue/ gallus iacentes excitat: &
somnolentos increpat/ gallus ne=
gantes arguit Gallo canẽte spes
redit/ egris salus refunditur: mu=
cro latronis conditur lapsis fides
reuertitur. Iesu labentes respice
et nos videndo corrige: si respicis
lapsus cadunt/ fletuq; culpa solui
tur. Tu lux refulge sensibꝰ/ men=

tisqꝫ somnuz discute: te nostra vox primũ sonet ⁊ vota soluamus tibi Deo pr̃i sit glĩa. ⁊c. ¶ Per estatẽ vsqꝫ ad aduentũ dñi. Ad laud hy⁹ tam dñicis ꝙ ferialib⁹ dieb⁹. xliiij.

